32101 065184820

RECAP

1584
.73
.281
VA

Library of
Princeton University.

Germanic
Seminary.

Presented by
The Class of 1891.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

J. C. Dähnerts
Pommerſche
Bibliothek

Vierter Band.

Greifswald im Verlage des Verfaſſers.

Gedruckt bey Hieronymus Joh. Struck,

1755.

Digitized by Google

Digitized by Google

Denen

Wolgebornen

Hochweiſen und Hochgelahrten

Herren

Landrath, Bürgermeiſtern
Syndicis, Camerarien

ſämmtlichen

Rathsgliedern

Protonotario und Secretarien

der

Pommerſchen Hauptſtadt

Stralſund

Meinen

Hochgeehrteſten Herren.

513046

Digitized by Google

Wolgeborne
Hochgeehrteſte Herren.

Daß ich meine Nebenſtunden zur etwanigen Aufklärung der Geſchichte und Merkwürdigkeiten dieſes Landes anwende, oder den Bemühungen meiner Landesleute die Hand biete, wird noch immer, wie auf der einen Seite durch die billige Achtung gegen mein

Digitized by Google

mein Vaterland: ſo auf der andern durch die beßten Ermunterungen meiner Gönner gerechtfertiget. Ich ſchmeichle mich, daß es auch Eur Wolgebornen nicht gleichgültig iſt, wenn die Blätter, deren vierten Band ich Denenſelben zu überreichen die Ehre habe, hin und wieder Nachrichten aufbehalten, welche eine Stadt angehen, deren Wolſtand Meine Hochgeehrteſte Herren ſo rühmlich, als väterlich verpflegen. Die ruhmvolle Geſinnung Dererſelben gegen alles, was überhaupt zur Litteratur und Gelehrſamkeit gehöret, beſtärket mich ſchon hierinn. Und wie edle Proben dieſer Geſinnung bewundert nicht ein jeder, wenn er Dero weiſe und unermüdete Fürſorge für die Pflanz-Schule der Wiſſenſchaften in ihren Mauren; den mit Einſicht, Geſchmack und Ko-

Digitized by Google

ſten, zum Behuf der Gelehrten ihres Orts, einge-
richteten und vermehrten öffentlichen Bücher-
Saal: die anſtändigen Belohnungen des Fleiſſes, die
Sie lehrenden und lernenden ausſpenden; und die
reichen Unterſtützungen, die Sie jungen Freun-
den der Wiſſenſchaften im Lande und in der Frem-
de angedeyen laſſen, in Betrachtung zieher. Ich
ſelbſt zähle mich mit Vergnügen und Dankbarkeit
unter diejenigen, die durch eine edle Freygebigkeit
der Väter ihrer Vaterſtadt zu des Vaterlandes
Dienſt zubereitet ſind; und es wird mir ein rei-
tzendes Vergnügen, Eur Wolgebornen, und in
Ihnen ihren edelmüthigen Vorgängern in den
beßten Geſinnungen, meinen pflichtmäßigen Dank
bey dieſer Gelegenheit öffentlich abzuſtatten. Die
gütige Vorſicht erhalte Sie bis auf die ſpätſten
Zeiten

Digitized by Google

Zeiten zu Stralſunds Wol, und gönne mir einige Gelegenheit die Hochachtung durch etwas erweiſen zu können, mit der ich zu ſeyn verſichere

Eur Wolgebornen

Greifswald
den 3 Jenner 1756.

ergebenſter Diener
Johann Carl Dähnert.

Digitized by Google

Neue Subſcribenten
auf die
Pommerſche Bibliothek.

Se. Kayſerliche Hoheit, der Groß-Fürſt von Rußland.

Herr D. F. Alberti, Auditeur beym Hochfürſtlichen Moritzſchen Regiment in Stargard.
- C. F. Bulle, Bürgermeiſter und Stadtrichter zu Garz.
- P. B. von Chambaud, Königl. Preuß. Hauptmann.
- A. E. Deyl, Königl, Preuß. Regierungsrath zu Stettin.
- O. G. von Gleſenapp, Referendarius bey der Königl. Preuß. Pommerſchen Regierung in Stettin.
- Hagemeiſter, Advocat in Stralſund.
- J. C. Hecht, Königl. Landrentheiſchreiber zu Stettin.
- C. Kiel, Cantor bey der Rathsſchule zu Stettin.
- C. L. Lobach, Auditeur beym Amſtelſchen Regiment in Stettin.
- S. G. Löper, Königl. Preuß. Regierungsrath zu Stettin.
- J. C. Pfennig, Conrector bey der Rathsſchule zu Stettin.
- J. F. Soden, Königl. Preuß. Regierungsrath zu Stettin.
- C. Voß, Kauffmann in Stettin.
- J. F. Wachſe, Prediger zu St. George und Nicolai in Colberg.
- F. W. von Wedell, Königl. Preuß. Land- und Obergerichtsrath der Uckermark.
- C. F. Wilkens, Feldprediger des Gräfl. Truchſiſchen Regiments in Cüſtrin.
- - Willich, Theol. Cand. in Greifswald.
- G. T. Zachariä, Rector der Rathsſchule zu Stettin.

Digitized by Google

J. C. Dähnerts
Pommerſche Bibliothek.

Vierter Band.

Erſtes Stück.

Für den Januar.

Greifswald 1755.

Digitized by Google

Inhalt.

1. Anmerkung von der untergegangenen Stadt Rega-
münde.

2. Diplomatarium Gryphiswaldenſe. *Particula II.*

3. Beytrag zur Geſchichte des Gymnaſii in Stralſund.

4. Verzeichniß der Königlich-Schwediſch-Pommerſchen Regierungs-Patente aufs Jahr 1754.

5. Proben von des Pommerſchen Herzogs *Philippi Julii* Neigung gegen die Gelehrten aus Friedrich Gerſchovs Beſchreibung der Reiſen dieſes Herzogs.

6. Anmerkungen zu einigen Artikeln des III. Bandes der Pommerſchen Bibliothek.

7. Pommerſche Neuigkeiten.

8. Greifswaldiſche Wetter-Beobachtungen im Januar-Monath.

9. Nachricht von Vergleich der hieſigen mit den an andern Orten angeſtellten Wetter-Beobachtungen, nebſt der Tabelle, worin das Schwediſche Decimal-zollige Maaß auf das Pariſiſche, Londenſche, Reinländiſche und Bononienſiſche Maaß reduciret worden.

Digitized by Google

I.

Anmerkung
von der untergegangenen Pommerſchen Stadt Regamünde.

Es iſt von keinem Pommerſchen Geſchicht-Schreiber weder der Name der ehemaligen an der Oſt-See bey dem Ausfluß des Rega-Stroms gelegenen Stadt Regamünde irgend angeführet, noch weniger unter denen von der See verſchlungenen Städten derſelben gedacht worden. Man findet aber in eines durch mancherley Schriften bekannten und in der Hiſtorie ſeines Vaterlandes wohl geübten Mannes, des *Samuelis Gadebuſchii*, JCti & Conſulis Treptoenſis, MSta Topographia civitatis Treptoæ ad Regam ex patriæ annalibus & civitatis documentis originalibus Anno 1656 conſcripta, unter dem Jahr 1585, davon folgende Nachricht umſtändlich angeführt:

> Ceterum dictum portum *Regamündam* quod attinet, ipſa Regamünda intra hodiernum & antiquum fluminis oſtium ad mare ſita, priori autem ſeculo impetu æſtuantis oceani, accelerante inprimis divini numinis fato caſum, quod incolæ contemto religionis cultu in ſcelera ſubinde proni, nec usque gratiis actis haleces affatim hic captas ad gemitum usque virgis cæderent, prorſus abſumta, olim civitas fuit propria & vel trecentis incolis hujus civitatis concivibus, eodemque jure habitis, frequens portui dedit nomen. De cujus vero jure ne multa diſſeram, literæ Bogislai IV. & abbatis (Belbucenſis) Titboldi "portum „quoque, inquiunt, dictum, Regemünde, liberum habeant, meli„orent & cuſtodiant, prout ipſis expedit. Et ipſa Rega ſit ipſis „in aſcenſu & deſcenſu libera ſimiliter. Damus etiam dictis ci-

Digitized by Google

„vibus, quod dictum portum ad Regam cum rebus & mercibus „ſuis & navibus libere poſſint exire, intrare & in ipſo moram „facere, res & bona quæcunque educere, naves ſuas littoribus „applicare. Hæc omnia facient, quotiens & quando ipſis vide„bitur oportunum.“ Pariter Ducis Ottonis I & Wartislai IV, ex quo non ita pridem Bugislaus IV jus depoſitionis ac obſtructionis aquarum adjecerat: "Noſtræ prædeſtinatæ civitati Tre„bbtoæ, nobis dilectæ, dedimus ipſum flumen Regæ liberum „cum omni uſufructuum ex eo fluvio provenientium, ac ſuis „navibus aſcendendo & deſcendendo usque ad ſpatium unius „milliaris in ipſum mare ſalſum, & ita quidem ſæpe nominati „noſtræ dilectæ civitatis concives in Rhegemünde jus conſe„quantur Lubecenſe, quemadmodum in noſtra habent civitate, „temporibus perpetuis duraturum.“ Quod usque eo procedit, ut non modo dictus Dux inclytus Wartislaus IV aliis litteris portum Regemünde cum omnimodo navigandi, commerciorum atque depoſitionis jure civitati denuo confirmaret, verum iisdem auctioribus & libertatem vectigalium & locum portui ſubinde commodiorem, ejusdemque jurisdictionem adverſus quemque turbatorem civitati attribueret.

Ferner enthalten die Acten der Kirche des in der Nähe der ehemaligen Stadt Regemünde jetzt liegenden hieſigen Amts-Dorfes Robe, welche bey der Kirchen-Viſitation durch *Johannem Cogelerum* D. *Jacob Fabrum* D. und Chriſtoph Mildenitz vom 30. Junii 1594 abgefaſſet worden, folgende Nachricht:

Die Steine vom Kirchthurme zur Rega, weil das Mauerwerk daſelbſt nur zum Verderb ſtehet, werden von denen Kirchen-Vorſtehern zu Robe zu Aufziehung einer Mauer um den Kirchhof von dem Herzog Johann Friedrich erbeten.

Worauf folgender Beſcheid erfolget iſt:

Obwol die Kirchen-Vorſteher bey denen Viſitatoren angeſuchet, daß zu Bewehrung des Kirchhofs ihnen der Stein vom alten Thurm zur Rega möchte übergeben werden, wir auch ſolches gnädiglich könnten geſchehen laſſen; werden wir doch berichtet, demnach der Thurm nahe am Strande belegen, daß die Schif-Leute ihre Abzeichen daran haben, derhalben den Thurm abzubrechen und dieſe Nachrichtung denen Schif-Leuten zu verſchneiden, wir billiges hinterdenken haben, ſondern werden zu Bewahrung des Kirchhofes andere Mittel verhanden ſeyn. Alten Stettin den 8. Julii 1597.

Johannes Fridericus, mpp.

Nach dem heutigen Bericht ſollen auch die Glocken auf dem Kirchthurm des erwehnten Dorfes Robe von der in der See untergegangenen Stadt Regamünde hergekommen ſeyn.

Mehrere

Mehrere gründliche Nachrichten ſind von der untergegangenen Stadt Xegamünde bey aller Bemühung alhier nicht aufzufinden; es müſſen aber ſelbige verhanden geweſen ſeyn, ob man wol nicht erfahren können, wo ſelbige geblieben. Vielleicht ſind anderswo einige, ſo zur Erläuterung der Geſchichte dieſer Stadt Xegamünde dienen können, um deren Mittheilung und Bekanntmachung dienſtlich erſuchet

E. B. Egerland.

II.

DIPLOMATARIUM GRYPHISWALDENSE.

Particula II.

20.

Fürſt Witzlav tritt der Stadt den Roſenthal nebſt den Salz-Kothen und andern bepliegenden Plätzen ab. 1288.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. *Witzlaus* Dei Gratia Rugianorum Princeps omnibus in perpetuum. Quoniam quæ geruntur in tempore labente labuntur tempore, geſta ſueverunt hominum ſcriptorum authenticis perennari, hinc eſt quod notum eſſe volumus univerſis tam præſentibus quam futuris, quod nos de communi conſenſu & maturo conſilio fidelium noſtrorum honorabilibus viris Burgenſibus Civitatis Grypiswald, vendidimus univerſam paludem Salis, a decurſu Fluvii Bolerove, usque in veterem Sultam, à ſulta veteri usque in nigrum ſtagnum, ab hoc ſtagno nigro usque in medium partis qui Bolbrugge dicitur, ab hoc parte usque ad truncum quercinum in monte poſitum, a quo trunco in directum usque in pratum, quod quondam poſſedit Godofredus de Parchim, cum omnibus illis, quæ ad nos pertinere videbantur, infra præſcriptos terminos contentis, videlicet Campo Roſendale cum caſis ſalis per deſcenſum Fluvii qui Rech dicitur, usque in ſalſum mare. Hæc etiam Civitati jam dictæ cum omni jure & proprietate qualibet, absque impetitione quacunque quod eſt Anſprache perpetuo dedimus poſſidenda. Item aquam quæ Dych dicitur in Boltenhagen cum inſtagnatione quod eſt Stowiege, ſicut nunc eſt. Simul cum eductu aquæ ejusdem per foſſatum, una etiam cum impetitione quam Anſprache diximus, quam habuimus ſuper hujusmodi erga ipſos, dictis Burgenſibus vendidimus & dedimus cum omni ſimul proprietate & jure quolibet, quod habuimus in jam dictis perpetuo poſſidendam. Quæ omnia prætaxata ſepe nominati Burgenſes a

nobis & noſtris hæredibus nobis pro tempore ſuccedentibus perhenniter poſſidebunt. Inſuper annuimus ut infra præſcriptos jam terminos jam pluries dicti Burgenſes de omni utilitate ſua & quoquo commodo ordinent & diſponant, hoc ſolum excepto, quod infra jam diſtinctos terminos munitionem non ſtatuant aliqualem. Cæterum ſi quid hactenus nos vel noſtri impetitionis ſeu rancoris erga prænominatam Civitatem habuimus, per hanc ordinationem rationabilem inter nos mutuo factam per integrum eſt ſopitum. Ut igitur hujusmodi ordinatio perpetuo maneat inconvulſa, præſens ſcriptum inde confectum Sigilli noſtri munimine, ac dilecti Filii noſtri *Witzlai* juſſimus communiri. Teſtes hujus ſunt Fideles noſtri Conſiliarii Domini Johannes de Giſtrowe, Reinfridus de Penitz, Johannes Mörder, Johannes de Oſten, Ludovicus Kaboldt, Henricus de Oſten, noſter Marſchalcus, Pritbur de Vilmenitz, Nicolaus de Kaland, Pritbur de Lancke, Marquardus cum Plate milites & alii quam plures Clerici & Laici nihilominus fide digni. Datum Stralesſundis Anno Domini 1288. In Vigilia aſcenſionis Domini Jeſu Chriſti.

21.

Bogislaus *IV*. confirmirt der Stadt das Lübſche Recht, verſpricht den Seefahrenden, die die Stadt beſuchen wollen, vom Gellen und Ruden her ſicher Geleit, giebt der Stadt das Recht eines freyen Korns- und Kauf-Handels, und verbietet den Juden den Aufenthalt. 1289.

In Nomine Domini Amen. *Bugislaus*, Dei Gratia Dux Slavorum, univerſis Chriſti fidelibus, præſens Scriptum viſuris, vel audituris, ſalutem in Domino. Quoniam omnium rerum geſtarum habere memoriam non competit noſtræ, ſed ad naturam pertinet angelicam & divinam: Neceſſe eſt, ut acta Principum, quæ robur ſortiri debent perpetuæ firmitatis, ne obliviſcantur cum tempore decurrente, Scripturæ teſtimonio & veritate teſtium adeo ſtabiliantur, ut excludatur ab iisdem in poſterum omnis occaſio malignandi. Hujus rei propter cauſam noſcere debet præclara natio præſentium & felix ſucceſſio futurorum, quod nos cum adſenſu & conſenſu noſtrorum fratrum dilectorum, Barnim videlicet & Ottonis, & maturo noſtrorum fidelium conſilio, dilectis noſtris Conſulibus & Burgenſibus univerſis civitatis noſtræ Grypeswold donavimus *omne jus & libertatem, quam civitas Lubecenſis, ſive ipſius civitatis incolæ habere dinoſcuntur, ita, quod* intra terminos & portum civitatis noſtræ prædictæ, Conſules & Burgenſes noſtri prælibati cum ipſorum Succeſſoribus, eis tempore legitime ſuccedentibus, ipſo jure eademque libertate jam prænotata gaudeant in perpetuum & fruantur. *Donavimus*

vimus inſuper univerſis, civitatem noſtram præfatam navigio adire volentibus, ducatum firmum & liberum a portu Gellende & a portu Ruden, veniendi & redeundi cum ſuis mercibus & bonis aliis præ omnibus voluntati noſtræ ſe conformare volentibus, non obſtante, ſi Werras ſive lites, quod abſit, contingeret nos habere. Concedimus præterea eidem civitati noſtræ ſæpe dictæ & ejuſdem civitatis incolis, ut quibuslibet adducendi ipſi civitati noſtræ & incolis annonam vel merces quascunque alias libertatem, ſine omni impedimento per nos vel noſtros illato nunquam interdicere debeamus. Item *concedimus, ut ſæpius dictæ civitatis noſtræ incolæ annonam vel merces alias quaslibet quocunque tempore ab ipſorum portu educendi ſine omni contradictione noſtra facultatem habeant liberam,* etiamſi ex neceſſitate adductionem l. eductionem annonæ ſeu rerum aliarum per alios dominii noſtri terminos contingeret prohibere. Addimus etiam omnibus prænotatis, *quod in prænominata jam multoties civitate Judæi perfidi locum & occaſionem manendi non habeant* absque conſenſu & voluntate ipſius conſulum civitatis. Ut autem hæc noſtra donatio nec a nobis, vel noſtris pro tempore Succeſſoribus perpetuo turbari valeat vel infringi, hoc præſens ſcriptum dedimus Sigilli noſtri robore communitum. Hujus Rei Teſtes ſunt: Nicolaus Draco, Marſchallus noſter, Wicko, Lodewicus Kedinc, Nieclud, milites, Herbordus Hucker, Henricus Stedinc, Nicolaus, Hermannus Draco, armigeri, & plures alii, tam Clerici, quam Laici fide digni. Datum & Actum Uznim Anno Domini 1289. quarto Idus Februar.

22.

Johannes Abt zu Eldena verkauft dem H. Geiſt-Kloſter in Greifswald ſein Recht an den Waſſer-Mühlen in und vor der Stadt. 1290.

Univerſis Chriſti fidelibus præſens Scriptum intuentibus, Frater Johannes Dominus Abbas in hylda totusque Conventus ibidem Salutem in Domino ſempiternam. Quoniam memoria hominum labilis eſt, curſusque temporum variabilis, & ea quæ per nos fiunt multotiens oblivioni traduntur, ideo ſanum eſt ipſa aliqua ſoliditate ſcripturarum attentius perennari: Hinc eſt quod notum eſſe volumus tam præſentibus quam futuris, quod nos de communi prudentum ac fidelium noſtrorum conſilio & conſenſu, ad inſtantiam & petitionem honeſtorum Conſulum, & diſcretorum omnium Civitatis Grypeswold noſtrorum Amicorum ſpecialium, vendidimus & matura dimiſimus voluntate domui Sancti Spiritus dictæ Civitatis Grypeswold univerſaliter, quicquid ad nos & noſtram Eccleſiam ſpectare videbatur in præſenti pariter & futuro in parte "dimidia

 „molen-

„molendinorum aquaticorum in ipſa Civitate Grypeswold & ante „Civitatem ipſam verſus occidentem, in hæreditatibus & proventi-„bus ſingulis in perpetuum libere poſſidendum. Ita ſane quod ex „noſtra vel noſtrorum ſucceſſorum nobis pro tempore legitime ſuccedentium ordinatione nihil penitus fieri debeat, quod dictis jam molendinis detrimento pervenire poterit ſive damno. Eſt etiam in hac venditione noſtra nobis plenarie conſentientibus ordinatum ſimul & conditum, quod nec in molendinis prædictis nec in hæreditate quam a Huzone de Grewesmolen nos una cum domo Sancti Spiritus ſuperius dicto emptionis titulo comparavimus aliquis noſtrorum Connexorum aut fratrum manſionem habere debeat aſſiduam niſi præhabitis Conſulibus ac discretioribus Civitatis prætaxatæ, per omnia videatur expediens & conſultum. Ut autem hæc noſtra venditio rata permaneat & inconcuſſa, præſens ſcriptum eidem domui Sancti Spiritus dedimus Sigilli noſtri munimine roboratum. Teſtes ſunt commune Civitatis Grypeswold & quam plures alii fide digni. Datum Anno Domini 1290. In Hylda feria quinta proxima ante Simonis & Judæ.

23.

Bogislaus *IV.* ſchenket der Stadt die Inſel Schwant-Wuſterhuſen, jetzo die Oe genannt. 1291.

In Nomine Domini Amen. *Bogislaus*, Dei Gratia Dux Slavorum, omnibus Chriſti fidelibus Salutem in Domino Sempiternam. Ne per oblivionem, quæ Mater eſt ingratitudinis & gratiæ inimica, ea quæ geruntur in tempore, cum temporis lapſu ab hominum labantur memoriis, oportet eadem non ſolum fidelium atteſtationibus, verum etiam Scriptorum duratione, & ſigillorum munimine roborari. Noverint igitur præſentes & felix ſucceſſio futurorum, quod nos de bona voluntate noſtra & pleno conſenſu fratrum noſtrorum dilectorum *Barnim* videlicet & Ottonis, incolis civitatis noſtræ dilectæ Grypswold *donavimus, & titulo donationis appropriavimus Inſulam quæ dicitur* Schwante-Wuſterhuſen, *perpetuis temporibus ſine impedimento quolibet poſſidendam*, quia ipſius civitatis inhabitatores affectu proſequimur ſpeciali. Neautem contra hanc donationem ſ. appropriationem oriatur dubium in futuro, hoc præſens ſcriptum inde confectum ſub noſtro Sigillo prædictis incolis & civitati duximus erogandum, Hujus facti Teſtes ſunt: Nicol. Draco, Reimarus de Wacholte, Adam de Winterfeld, Henricus dictus paganus, Gerhardus de Schwerin, Henricus Vulpes, milites, & plures alii fide digni. Datum & Actum in Caſtro Demmin Anno Domini 1291. infra octavam Martini Epiſcopi.

Digitized by Google

24.

Bogislaus *IV.* Barnim *II.* und Otto *I.* ertheilen den Greifswaldern und andern Seefahrenden die an ihren Küſten Schifbruch leiden, die Freyheit, ihre Schiffe und Güther ungehindert zu bergen, ingleichen die Niederlage des Holzes, das in Pommern gefället, und durch die Schwine oder Peene abgeflöſſet wird. 1294.

In Nomine Domini Amen. *Bogislaus, Barnim* & *Otto* Fratres Dei Gratia, Duces Caſſubiæ & Slavorum. Omnibus præſentia viſuris in omnium Salvatore Salutem. Ut ea quæ per nos in præſenti negotio rite & rationabiliter acta ſunt, robur obtineant & vigorem, volumus, ut ſic veritas in eis eluceſcat, ne impoſterum in eisdem pateat occaſio malignandi. Noſcat ergo tam præclara natio præſentium, quam felix ſucceſſio futurorum, nos dilectis una fidelibus *Conſulibus noſtris, totique communitati civium in* Grypswold, ob beneficia multimoda nobis benigne & effective impenſa, *cunctisque navigantibus quandam contuliſſe perpetuo libertatem* in hunc modum, *quod ipſi naufragia patientes,* dum terminos noſtros *aut portus noſtros ſuis mercibus attigerint, poterunt* tam *rerum quam navium periclitationi ſuccurrere,* ita videlicet, quod omnia ſua, quæ auxiliante Domino, poterunt colligere, pacifice colligant, & quiete impedimentis, tam vaſallorum, quam advocatorum & officialium & impetitionibus frivole amputatis. Præterea coram præſentibus proteſtamur publice recognoſcentes, nos dictis conſulibus noſtris dilectis & communitati Grypeswaldenſi præ ceteris quandam aliam libertatem perpetuis temporibus condonaſſe, *tali modo, quod omnia ligna in noſtris terminis ſecta, ſeu dominio per Swinam & Peenam deducenda,* non debeant ad terminos quosvis alios, ſed ſolum ad præfatam civitatem deduci, & hoc caſu profectus ejusdem impedimentis omnium amputatis. Ut autem hæc noſtra collatio ſit in perpetuum valida & a nobis & noſtris Succeſſoribus perpetuo maneat inconcuſſa, præſentem paginam ipſis contulimus noſtrorum Sigillorum munimine roboratam. Datum & Actum Anno incarnationis verbi 1294. in Die Sancto Sebaſtiani & Fabiani Martyrum beatorum.

25.

Barnim *II.* und Otto *I.* confirmiren der Stadt ihre Privilegia. 1294.

In Nomine Domini Amen. *Barnim* & *Otto* Dei Gratia Duces Slavorum & Caſſubiæ omnibus fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, in perpetuum. Quoniam univerſa acta a principibus rite & rationabiliter ordinata, poſt fata ipſorum absque diminutione

tione eadem confirmare, ſtabilire, emendare in melius & augere, ad fidelem ſollicitudinem pertinet filialem. Quam ob cauſam notum eſſe volumus, nationibus præſentibus & futuris, quod omnia jura, jurisdictiones, libertates, donationes, proprietates, conceſſiones, licentiationes & omnes alias libertates, quascunque majores ſeu minores a noſtris anteceſſoribus, a Patruo noſtro videlicet dilectiſſimo, Domino *Wartzlao* Illuſtri Principe de Dymmin, piæ recordationi, & a Chriſtianiſſimo Patre noſtro Domino *Barnim* Duce Slavorum bonæ memoriæ, & a præcordialiſſimo Fratre noſtro *Bogislao* traditas & conceſſas dilectis noſtris Conſulibus & Burgenſibus Civitatis noſtræ Grypswold, quæ jura vel quas libertates ipſorum privilegiis ſuper his confectis evidenter poterunt declarare, cum promotionis & emendationis commodo & pleno confirmationis vigore volumus inviolabiliter obſervare, & ſtatuimus in perpetuum obſervanda. In horum omnium evidens teſtimonium & ſtabile munimentum jam ſæpe nominatis Conſulibus & Burgenſibus donari fecimus præſens inſtrumentum inde confectum, cum Sigillorum noſtrorum munimine roboratum, nominibus quoque teſtium annotatis, qui ſunt: Dominus Reimarus de Wacholt, Hinricus Paganus, Wieko, Joh. de Heidebrake, Colnerus Stange, Gerhardus de Swerin, milites. Arnoldus de Gryphenpachen, Everhardus de Kilone, & commune conſilium præhabitæ Civitatis, & plures alii fide digni. Actum & Datum Grypeswold Anno Incarnationis Verbi 1294. in craſtino Feſtivitatis Sancti Marci Evangeliſtæ, Epacta tertia, Indictione octava concurrente quarta.

26.

Vergleich des Abts zu Eldena mit der Stadt Greifswald wegen Gränz- und anderer Zwiſtigkeiten. 1294.

Omnibus in perpetuum hoc ſcriptum cernentibus Frater N. Abbas in hylda totusque Conventus ibidem Salutem in Domino ſempiternam. Sapientum virorum decrevit provida ſagnitas litibus & discordiis motis finem imponere quietum, & de futuris eorum motibus, quieti hominis contrariis ne creſcant cautelam, quam poterint, adhibere meliorem: Hinc eſt quod notum facimus tam præſentibus quam futuris, quod totalis discordia, quæ inter nos ex una, & Cives honeſtos Civitatis Grypeswold parte ex altera, ſuper terminis quorundam agrorum verſabatur pro induſtria diſcretorum virorum, videlicet Dominorum Arnoldi de novo Campo, & Wichardi de Bucovia Abbatum, Ludovici dicti Kaboldt, Henrici de Negentin, & Helmrici de Dymmin Burgenſium Civitatis præfatæ amicabiliter eſt ſopita, taliter videlicet, quod nos ſæpe dictæ *Civitati agros integros* intra ipſam Civitatem & *terminos ſubnotatos* compre-

Digitized by Google

comprehenſos a monticulo *videlicet juxta molendinum* quod *Varenhopes molen* dicitur, verſus Civitatem congeſto trans aquam de ipſo molendino fluentem quæ vulgo Verevleht nuncupatur, lineariter in longum manſi Sacerdotis de Kyle, usque in viam quæ dicitur Hinrickhagen, a qua via lineariter etiam in longum bonorum illorum, quæ quondam ad domum Sancti Spiritus pertinuiſſe noſcuntur, usque ad terminos Beltenhagen in foſſatum quoddam, quo foſſato cinguntur præfati agri usque in rivulum, qui molengrave dicitur, a quo rivulo iidem termini cinguntur foſſato alio circa curiam, ad domum quandam ſarthus nominatam pertinentem, lineariter in aquam quæ Ryck dicitur, liberè cum omni utilitate & fructu ab omni impetitione dimiſimus perpetuo poſſidendos, excepto quod de agro quodam Eylardi, qui agri intra terminos præfatos ſunt comprehenſi, octo trimodia avenæ annuis ſingulis noſtræ Eccleſiæ temporibus perpetuis ſolvere tenebuntur. In cujus recompenſationem Conſules præfati & communitas Civitatis ſæpedictæ *Eccleſiæ* „*noſtræ piſcinam juxta* Boltenhagen *in longum & in latum cum* „*omni jure utilitate* & fructu, quæ ex eadem nunc & impoſterum „poterint pervenire, ab omni impetitione, nomine ſuo, Succeſſo„rumque ſuorum integraliter libere dimiſerunt perpetuo poſſiden„dam. Omni juri conſuetudinive quæ in ipſa piſcina ſibi vendi„tabant, vel habere videbantur, penitus abrenunciantes. *Hoc excepto, quod navibus dictorum Burgenſium per amnis medium, quod Ovganc dicitur, usque in* Germershagen *aſcendendo, & deſcendendo absque noſtro & Eccleſiæ noſtræ præjudicio & damno liberè in eum* tranſitus patebit. Sic tamen ut in dicta aqua piſcari, gra„mina, vel ligna ſecare nulli omnino homini de Civitate ſæpe fata „vel alicui ipſorum nomine inpoſterum licita ſit. Inſuper ſæpedictos Burgenſes omnibus cauſis ac controverſiis hactenus contra eosdem usque in præſens ex parte domus noſtræ habitis, exceptis illis duntaxat, quas authoritate noſtrorum privilegiorum certas & veridicas eſſe potuerimus approbare, coram Deo & Mundo, liberos dimittimus & excuſatos tam vivos quam defunctos, ſicut & ipſi ſæpefati Burgenſes modo conſiti vice verſa nos & Eccleſiam noſtram pro omnibus cauſis & controverſiis hucusque ex parte eorum contra nos motis in ſignum fœderis etiam & pacis favorisque ſtabile firmamentum penitus dimiſerunt excuſatos & exemptos. Ut autem hæc Ordinatio in perpetuum rata permaneat & inconvulſa præſentem paginam Sigilli noſtri munimine dedimus roboratam, nominibusque Teſtium annotatis, qui ſunt: Dominus Henricus Prior noſter, Dominus Thidericus Veſtiarius, Dn9. Marſilius & Dn9. Henricus Cellarius & alii quam plures viri fide digni. Datum Anno Domini 1294 in Die beati Sixti Papæ & Martiris.

27.

Bogislaus *IV.* **erläßt der Stadt die Kriegsfolge, will keine Hofhaltung in Greifswald anlegen: keine Feſtung innerhalb der Peene und dem Meer errichten: ſchenket der Stadt das Waſſer, die Fiſcherey und Strand-Jurisdiction von der Peene bis an den Ruden, und von da bis an Derſchövet und das Ryck. 1296.**

In Nomine Domini Amen. *Bogiſlaus* Dei Gratia Dux Slavorum & Caſſubiæ. Omnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris in perpetuum. Ne acta nobilium Dominorum in ſempiternum manſura, cum proceſſu temporis a memoria hominum evaneſcant, diſcretorum providentia ſolet ea teſtibus idoneis, ac documentis legitimis adeo confirmare, quod in eis in poſterum præcludatur omnis occaſio malignandi. Quamobrem notum eſſe volumus præſentibus & futuris, quod nos intuentes multimoda Beneficia nobis per dilectos ac fideles noſtros Conſules & Burgenſes Civitatis noſtræ Grypswold benigne exhibita & impenſa, ipſis dedimus & donationis titulo appropriavimus, has prærogativas & gratias ſpeciales, videlicet, quod quandocunqe & quotiescunque Nos, noſtrosque hæredes & Succeſſores gverras habere continget, ex tunc dilecti noſtri Conſules & Burgenſes noſtræ Civitatis Gripswold, licet per nos fuerint inſtanter requiſiti, non debeant nos usquam extra ipſam Civitatem remotius ſequi cum aliquibus armatis, nec cum aliquo alio juvamine quocunque, niſi ſolum ubi murus terminatur, pro defenſione noſtræ Civitatis & ſuper hoc ipſi per nos & noſtros hæredes & ſucceſſores nullatenus amplius debebunt aggravari. Inſuper convenimus taliter cum præfatis Conſulibus & communitate Civitatis noſtræ Grypswold, & ipſi una nobiscum convenerunt, quod nos, noſtri hæredes & Succeſſores intra muros ejusdem Civitatis nunquam aliquam Curiam propriam habere, nec emere vel facere ædificari, pro noſtra manſione ſeu commodo ſpeciali debeamus. Præterea in Dominio noſtro intra fluvium Peenam & ſalſum Mare, nusquam in terra . . . in aliquo loco quocunque nec usquam in littoribus vel portubus earundem aquarum per nos, noſtros hæredes & ſucceſſores neque per noſtros Vaſallos, aut alios quoscunque, caſtrum aliquod vel propugnaculum ſive munitio conſtrui & ædificari debebit, ſed videlicet hi portus & littora dictarum aquarum, nec non terra noſtra inter easdem aquas debent eisdem Conſulibus & Burgenſibus noſtris omnibus intrantibus & exeuntibus perpetualiter libera permanere. Verum ſi aliquis noſtrorum Vaſallorum vel alius quicunque littora ſeu portus dictarum aquarum, vel terram noſtram intra ipſas

aquas

aquas per ſtructuram caſtri vel propugnaculi ſive munitionis, ut præmittitur, præſumpſerit, coarctare, quod vulgariter Vorbawen nuncupatur, quicquid ex tunc Conſules & univerſitas dictæ noſtræ Grypswold pro deſtructione ſeu confractione hujusmodi Caſtri vel propugnaculi aut munitionis attentaverint vel duxerint attentandum in hoc facto, nos, noſtri hæredes & ſucceſſores ipſis aſtabimus cum effectu, ita videlicet, quod eos ab omnibus indignationibus & inimicitiis, ſi quæ exinde increverint, reddere ſolutos & indemnes eripere volumus, & tenebimur noſtris ſumtibus & expenſis. Ceterum prænotatis noſtris Conſulibus & Communitati Civitatis noſtræ Grypswold etiam aquam ſalſi Maris intra fluvium dictum Peenam & portum dictum Ruden & ab eod. fluvio ſcil. Peena & ab ipſo Portu Ruden per deſcenſum usque ad Derſchöwet & ulterius a Derſchövet usque in fluvium dictum Rick, cum piſcatura & omnibus ſuis utilitatibus & libertatibus, nec non in eadem aqua & ipſius aquæ littoribus, omne jus ſummum & imum, videlicet in collum & in manum & minoris juſtitiæ utilitatem, ſicut ad nos, & noſtros progenitores pertinebant, contulimus & jure donationis appropriavimus & perpetuo appropriamus in his Scriptis. Ut autem omnia præmiſſa & quælibet præmiſſorum per nos, noſtros hæredes & ſucceſſores, irrevocabiliter & illæſa perpetuis temporibus obſerventur, præſens Scriptum inde confectum dari juſſimus noſtri Sigilli munimine fideliter roboratum. Nomina Teſtium, qui præmiſſis aderant hæc ſunt: Reimarus de Wachholt, Joh. de Heidebrücke, Herm. Draco, Marſcalcus, Winoldus de Belowe, Niclaud, Joh. de Kemenitz, Fridricus de Winterfeld & plures alii fide digni, Actum & Datum Grypswold Anno Domini 1296 in ſolennitate feſtivitatis beati Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris.

28.

Fürſt Wizlav giebt den Greifswaldern Freyheit zur Wiek einen Hafen auszugraben und in dem dortigen Bodden zu fiſchen. 1297.

Witzlaus Dei Gratia Princeps Rujanorum omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam. Cum omnium habere memoriam potius ſit divinitatis, quam humanitatis, Expedit igitur, ut Acta Principum, quæ robur perpetuæ firmitatis ſortiri debent, ſcriptis autenticis & teſtibus idoneis confirmentur. Quamobrem notum eſſe volumus omnibus præſentibus & futuris, quod cum unanimi conſenſu & bona voluntate dilectorum filiorum noſtrorum, *Witzlai* videlicet & Zamburi, maturo etiam habito noſtrorum fidelium conſilio, dedimus & contulimus & titulo donationis appropriavimus

priavimus honeſtis viris nobis dilectis Conſulibus & Burgenſibus Civitatis Grypswold ob multimoda beneficia & ſervitia nobis ab ipſis ſæpius exhibita & impenſa, plenam autoritatem, poteſtatem & facultatem liberam, fodendi, conſtruendi, ædificandi portum in dominio noſtro in loco ſito in ſalſa aqua juxta villam Dänſchewyk, ubi influit aqua, quæ dicitur Rick, & ubi eis maxime expediens videbitur & opportunum, absque contradictione quorumlibet perpetuis temporibus, quiete, feliciter, libere ac pacifice poſſidendum. Volentes nihilominus, ut dicti Conſules & Bugenſes ac eorum Succeſſores ex eo, quod dictus portus ſit propter neceſſitatem totius Dominii noſtri, & omnium mercatorum, qui naufragium ibidem & pericula plurima patiuntur propter aëris intemperiem pro commodo ſuo & utilitate omnium mercatorum, in dicto portu ſupra portum juxta Bollwergk & infra a foſſato juxta villam Dänſchewik, quæ extendit ab aqua Rick a parte auſtrali verſus partem aquilonarem, usque in aquam ſalſi Maris prout melius poterint, in ædificiis ac in omnibus ſuis neceſſariis ſuam utilitatem faciant & peragant commodum & perfectum. Etiam cum piſcatura in dictis aquis noſtris & cum omnibus ſuis utilitatibus & libertatibus, nec non in eadem aqua & ipſius aquæ littoribus in dicto portu ſuper portum juxta Bollwergk & infra, omne jus ſummum & imum videlicet in collum & in manum, & minoris juſtitiæ utilitatem, ſicut ad nos & noſtros progenitores pertinebant, contulimus & jure donationis appropriavimus & perpetuo appropriamus in his Scriptis. In cujus rei teſtimonium & ſtabile munimentum noſtras patentes literas dictis Conſulibus & Burgenſibus dedimus noſtri Sigilli munimine roboratas. Teſtes hujus noſtræ Ordinationis & donationis rationabilis ſunt: Reinfridus de Peniz, Marquardus cum thorace, Henricus de Vitzen, Bertoldus de Oſta, Ludovicus Kabolt, milites noſtri & plures alii fide digni. Datum Grypswold in Domo fratrum Prædicatorum Anno Domini 1297 quarto Idus Septembris.

29.

Bogislaus tritt der Stadt einige Aecker zwiſchen Schönenwolde und Eldena ab. 1298.

In Nomine Domini Amen, *Bogislaus* Dei Gratia, Dux Slavorum & Caſſubiæ. Omnibus in perpetuum. Actiones quas mundus ordinat, ſæpe condelet ſucceſſus temporum, niſi muniantur firmo charactere literarum. Hinc eſt quod notum eſſe volumus, tam præſentibus quam futuris, quod nos intuentes Indicia & merita probitatis noſtrorum dilectorum Conſulum communitatis Civitatis noſtræ Grypeswold, favorabiliter ac gratioſe volentes ipſos omnes

&

& ſingulos favore proſequi ſingulari. Nos itaque noſtrorum fidelium Conſilio habito, proprietatem quorundam Agrorum, qui quondam fuerunt Olrici de Trebetow, & Hermanni de Spandow, nunc Everhardi de Kil, qui in ſuis diſtinctionibus diſcernuntur, videlicet intra metas & terminos *villæ Schönenwald* & Curiæ *Abbateswald* & dictæ Civitatis, contulimus & donavimus Univerſitati Civium præfatæ Civitatis noſtræ Grypswold, cum omni fructu & utilitate perpetuis temporibus quiete & feliciter poſſidendam. In cujus rei evidentiam firmiorem, ut res prædicta ignorantiæ nubilo nullatenus obducatur nec malignantis ingenio impoſterum infringatur, ſæpè dictæ noſtræ Civitatis Burgenſibus præſens ſcriptum exinde confectum dedimus ad cautelam Sigilli noſtri robore communitum. Teſtes hujus Rei ſunt: Hermannus Draco, Marſchalcus, Wynoldus de Below, dapifer, Wernerus Lepel, Advocatus, Martinus Magiſter, Henricus Stedingus, Henricus de Weſtinbruche, Tidemannus Lepel, Johannes de Kemenitz, milites, & quam plures alii fide digni. Actum & datum Wolgaſt Anno incarnationis verbi 1298 in Feſto beatæ Agatis, Virginis ac Martyris glorioſæ.

30.

Henrich, Abt zu Eldena überläßt dem Rath eine Mühle Oſtwärts vor der Stadt gelegen: und erhält dagegen 2 Hausſtellen mit den darauf gebaueten Häuſern nebſt der Steinbecker-Mühle. 1300.

In Nomine Domini Amen. Omnibus Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis Frater Henricus Abbas totusque Conventus Ordinum Ciſtertienſium in Hylda in omnium Salvatore ſalutem. Quoniam in rerum natura nullius rei ; ; ; ſub cœli ambitu continetur, neceſſe eſt ut acta præſentium, quorum robur perpetuo eſt manſurum Scriptis authenticis, quibus omnia memoriter retinentur, adeo ſtabiliantur, ne impoſterum alicujus perturbatione, occaſione, aut immemoria valeant concuti vel infringi. Noverint igitur præſentes & poſteri, quod nos reſpicientes fidelitatis ac honeſtatis indicia, quæ nobis Conſules & Univerſitas Civitatis Grypeswold in multis jugiter impenderunt, a molendino ad partem orientalem ante Civitatem Grypeswold ſituato perpetuo ceſſavimus, ac voluntate bona convenimus, ita videlicet, quod quicquid juris, proprietatis aut impetitionis in eodem ; ; ; molendino vel habere videbamur, conſenſu unanimi Conſulibus & Burgenſibus libere reſignavimus ; ; ; ; ; in recompenſam noſtræ reſignationis hujusmodi de conſenſu & voluntate diſcretorum ſuorum & multorum comburgenſium Aream juxta muros ſitam, quam a Johanne de Lubecke dicto noſtris denariis comparavimus, quam & prædeceſſores

eorum ab omni exactione & a vigiliis nocturnis penitus exemptam jure hereditario poſſidendam perpetuo nobis contulerunt, juſto donationis titulo contulerunt & = = ſuorum prædeceſſorum = = confirmarunt. Aream quoque quæ quondam fuerat Henrici Goslar & Everhardi de Wampen conburgenſium prope ſitam quam ab eisdem Eccleſia noſtra comparaverat cum omni proprietate & libertate ſicut, aream primam nobis contulerunt perpetuis temporibus poſſidendam, admittentes & = = ut nos in prædictis areis noſtram ut amplius aut melius poſſumus utilitatem procuremus commodum & = = = concedentes = jam dictas areas cum domibus in eisdem jam conſtructis ſive impoſterum pro noſtro beneplacito conſtruendis, cum omnibus mobilibus in ipſis jam locatis vel impoſterum eccleſiæ noſtræ nomine locandis ab omni exactione a tulliis, a vigiliis nocturnis, ſeu quolibet alio gravamine eſſe perpetuo liberas & exemptas, hoc tamen excepto, quod nulli latrones, veſpillones, fures, = = ingreſſores, ſeu quique alii malefactores in prædictis noſtris domibus = = = = = reſervari temere debeant vel tueri. Agros etiam ſupra dictis areis additos more civili ſeu appropriatos ipſa civitas obtinebit. Nos inſuper cum prædicta Civitate tam intra muros quam extra per nos vel per noſtros quoscunque emendi & vendendi ad noſtros uſus & commodum tempore quolibet liberam habemus facultatem; Præterea a Molendino Stenbeckeres mole quondam appellato, quod habemus infra Helmerikeshagen, & a piſcina ejusdem molendini, quæ piſcina tamen fluxum ſuum ſive meatum vulgo Stowinge dictum, quem nunc habere dinoscitur, non excedet, ceſſaverunt. = = =

31.

Vergleich zwiſchen dem Abt zu Eldena und der Stadt wegen des Boltenhäger=Teiches ꝛc. 1303.

In Nomine Domini Amen. Frater Henricus Abbas, totusque conventus Ordinis Ciſtercienſis, in Hylda, omnibus in perpetuum. Noverint univerſi tam poſteri quam præſentes, quod dum inter nos ex una parte, & honeſtos Viros Conſules & Burgenſes Civitatis Grypeswold ex altera parte deſtructionem & exſiccationem piſcinæ ſitæ juxta curiam noſtram Boltenhagen, quæ deſtructio & exſiccatio non ſine dictæ Civitatis fiebat periculo, litigium & diſſenſio verteretur, ut intra eos & nos iterum Concordia fieret, & maneret, taliter ut ſequitur, extitit placitatum: Quod nos & noſtri Succeſſores in dicta piſcina aquam colligere & ſervare, ipſamque piſcinam duobus foſſatis bonis hinc & inde factis ſtabilire firmiter, & firmare tenemur, & cavere ac defenſare debemus perpetuis temporibus, ne unquam viæ tranſitus generalis vel ſpecialis per antedictam

dictam piſcinam fiat aut patebit, a Stutinghof & ultra per aſſenſum ipſius piſcinæ infra terminos noſtræ Abbatiæ, & noſtris laboribus & expenſis. Si vero nos violentiæ & Potentiæ Principum dominorum militum ac aliorum commorantium obſtare nequiverimus, auxilium dictorum Conſulum & Burgenſium invocabimus, qui una nobiscum dictæ violentiæ & injuriæ obſtare tenebuntur, in utrorumque laboribus & expenſis. Præterea ſæpe dicta Piſcina in anteriore parte adeo lata ſicut nunc eſt permanebit, in aliis vero partibus ipſam dilatare, & coarctare prout voluerimus poſſumus, dummodo tamen in amnis jam dicti parte arctiori duo Portemia, quæ Pram vulgo dicuntur, ſibi invicem occurrentia, ſpacioſe, & ſine difficultate valeant pertranſire. In memorata etiam piſcina molendinum habebimus jugiter, quod conſtruere & ædificare poſſumus in loco quo nobis videtur oportunum, cujus inſtrumentum quod vulgariter Grundwerk dicitur in altitudine cum trabe illa concordabit, per quam aqua defluxerat ſuper rotam veteris molendini. Ipſo vero molendino novo completo molere poſſumus omni tempore libere quamdiu nobis aqua ſufficit, attamen ipſa piſcina exſiccari non debet, niſi aliquando accidit ex defectu pluviarum aut æſtu ſolis, ſicut æſtivo tempore quandoque ſolet fieri, quod ſic ex tali accidente exſiccata fuerit, perinde nullam calumniam patiemur, via tamen nullatenus tranſeunte. Si vero ibidem ex inundatione pluviarum & liquefactione nivium, aut quocunque modo aliter aquæ plus more ſolito multiplicatæ fuerint, & excreverint, ne tunc periculum aliquod in noſtris factis, agris aut ædificiis ex aquarum multitudine perpatiamur, poſſumus eas tali tempore ſi volumus liberas dimittere, nemine prohibente. Cæterum ſi quisquam de dictis Civibus, a nobis, vel ab aliis ligna vel res alias per ipſam piſcinam deferendas emerit, talis homo talia ligna vel res alias cum noſtro portemio & noſtris hominibus juxta piſcinam habitationem habentibus ad laborandum aſſumptis ad ſuum commodum deportabit, dato pro portemio & hominibus ac pro labore pretio congruo & æquali. Nos vero ibi perhenniter habebimus duo portemia & duas naviculas ad uſus hujusmodi quæ vel quas conducere volentibus non debemus ullatenus pro æquali pretio denegare. Ibidem etiam locus aliquibus hominibus ad laborem valentibus deputabitur, ad manendum. Si vero aliquis pauper de præfatis Burgenſibus taliter a nobis vel ab aliis res quascunque emens per ſe laborare voluerit, ille aliquibus hominibus noſtris ſibi aſſumptis per ſe poterit laborare, dummodo tamen nobis nullum incommodum faciat, ſivè damnum. Item aquæ omnes dictum amnem & piſcinam, ſcilicet ab alto ponte & a villis Clutemannshagen, & Niendorpe, Karſlowe, & a Segebodenhow, & univerſi rivi de qui-

buscunque

Digitized by Google

buscunque molendinis & paludibus influentes per ipſam piſcinam habebunt tranſitum perpetuum & influxum, per foſſata vero hinc & inde facta vel adhuc facienda, nullatenus deducentur. Sic tota diſcordia quæ inter nos & eos ratione dictæ piſcinæ fuerat exorta, eſt ſopita & amicabiliter terminata. Omnia in hoc Inſtrumento conſcripta, & omnia quæ continentur in privilegio ſuper eadem piſcina edito, quod poſt Salutationem ſic incipit, quoniam in rerum natura &c. terminatur autem ſic, Datum Anno Domini 1300. in die beati Thomæ Apoſtoli, perpetuis temporibus ſervari volumus integra & illæſa. Ne igitur hæc amicabilis concordia inter nos & eos ordinata diſſenſionis ſcrupulo lædi valeat, impoſterum vel turbari, præſens Inſtrumentum in evidens teſtimonium omnium prædictorum Sigilli noſtri robore duximus muniendum. Inſuper ad hæc omnia Teſtes ſunt: noſtri Conventus Monachi & Fratres ſcilicet Hermannus Prior, Gotfridus Sub-Prior, Martinus Cellarius, Theodoricus Camerarius, Henricus de Minda, Johannes de Oſterrode, Theodoricus noſter Notarius & inſuper totus Conventus Datum Grypeswold Anno Domini 1303. in Die beati Viti Martius.

32.

Fürſt Witzlav *IV.* confirmiret der Stadt Greifswald überhaupt alle Privilegia, inſonderheit aber den Hafen, den ſie zur Wiek ausgraben gelaſſen. 1304.

In Nomine Domini Amen. *Witzlaus* Dei Gratia Rujanorum Princeps. Omnibus Chriſti fidelibus præſens Scriptum viſuris & audituris in perpetuum. Quoniam univerſa Acta a Patre rite & rationabiliter ordinata poſt fata ipſius absque diminutione eadem confirmare, ſtabilire, emendare & augere, ad fidelem ſollicitudinem pertinet filialem; Quamobrem notum eſſe volumus nationibus præſentibus & futuris, quod omnia jura, jurisdictiones, proprietates, conceſſiones, licentiationes ab Avo noſtro Domino Jaromaro & dilecto Patre noſtro Domino *Witzlao* feliciſſimæ recordationis, & a progenitoribus noſtris aliis datas & conceſſas dilectis noſtris Conſulibus & Burgenſibus Civitatis Grypeswold, quæ ipſorum privilegiis ſuper his confectis evidenter poterunt declarare, cum promotionis & emendationis commodo & pleno confirmationis vigore volumus inviolabiliter obſervare & ſtatuimus in perpetuum obſervanda, & ſpecialiter portum ſitum juxta villam Denſchewycke, quem dicti Conſules & Burgenſes pro utilitate omnium mercatorum fodi fecerunt, cum omni jure, utilitate & proprietate ad uſus præfatæ Civitatis Grypeswold duximus perpetuis temporibus confirmandum. Hanc itaque confirmationem adeo firmam habere volumus, quod ſæpe nominatis Conſulibus & Burgenſibus aſtare volumus

Digitized by Google

lumus ſuper impeditionem Privilegiorum noſtrorum & Progenitorum ipſos nullatenus deſerendo. In horum igitur omnium evidens Teſtimonium & ſtabile munimentum ſæpe dictis Conſulibus & Burgenſibus ac eorum Succeſſoribus donari fecimus præſens Inſtrumentum inde confectum, cum Sigilli noſtri munimine roboratum. Teſtes hujus noſtræ donationis & confirmationis rationabilis ſunt: Pritbur de Vilmenitz, Lodwicus Kaboldt, Rauenbuch, Arnoldus de Vicen & ſuus Frater Vico, Dyttlews Langenvelt, Waltherus de Penitz, milites noſtri & plures alii fide digni. Datum Löſitz Anno Domini 1304. quinto Calend. Octobr.

33.

Fürſt Witzlav beſtättiget den Vergleich zwiſchen dem Abt zu Eldena und der Stadt wegen des Havens zur Wiek. 1306.

Witzlaus Dei Gratia Princeps Rujanorum, omnibus hanc paginam viſuris præſentibus & futuris Salutem in perpetuum. Cum per ſucceſſionem futuri temporum præteritorum oblivio frequenter ſurripiat, prudentis eſt conſilium, ut acta quæ ſtabilita cupimus permanere Scripturæ ac Sigillorum adminiculo maneant incorrupta. Noſcat igitur nobilis cœtus præſentium & futurorum, quod in noſtra noſtrorumque Conſiliariorum fidelium præſentia conſtituti commendabilis ac religioſus vir Abbas Monaſterii in Hylda parte ex una, nec non diſcreti Viri Conſules Civitatis Grypeswold parte ex altera manifeſte recognoverunt, quod omnis lis, diſcordia & controverſia, quam inter ſe Abbas & Conventus dicti Monaſterii ac ipſi Conſules memoratæ Civitatis Grypeswold habuerunt occaſione cujusdam portus, quem effodi juxta vicum Danicum in noſtro Dominio fecerunt, cujus fundus & proprietas ad ipſum monaſterium a prima ipſius fundatione pertinuiſſe, & adhuc cum omni jure & judicio plene dinoſcitur pertinere, mediante prudentum conſilio auxilio & informatione videlicet reverendi in Chriſto Patris & Domini Henrici Camminenſis Eccleſiæ Epiſcopi & honorabilis ac religioſi viri Domini Ditmari Abbatis Colbacenſis fuiſſe & eſſe concorditer animabiliter & pacifice terminata & ſopita. : : : :

34.

Herzog Otto I. verſpricht den Greifswaldern Hülfe und gute Beförderung. 1308.

Otto Dei Gratia Dux Slavorum & Caſſubiæ ac Dominus de Stettin. Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Notum eſſe cupimus nationibus præſentibus & futuris, quod intuentes multimoda beneficia noſtræ dignitati ſæpius a dilectis noſtris Conſulibus & Burgen-

Digitized by Google

ſibus Civitatis Grypeswold exhibita & impenſa ipſos nolumus perire a quibuslibet, ipſorum utilitatem, commodum & perfectum omni tempore agere cupientes ipſis aſtare volumus efficaciter in perſecutione ſui juris & cauſæ juſtæ, nec caſu aliquo deſerere, quantumque a dictis noſtris Conſulibus & Burgenſibus præfatæ Civitatis Grypeswold fuerimus requiſiti, ſalvis tamen privilegiis a nobis datis Stetin, ſuper diviſione terrarum facta cum inclyto Principe, Fratre noſtro dilecto Domino *Bogislao* præſentibus Vaſallis noſtris & Civitatibus ac pluribus aliis fide dignis. In horum omnium prædictorum evidens teſtimonium, noſtrum Sigillum præſentibus duximus apponendum. Teſtes ſunt: Gerhardus de Swerin & Oldagus Frater ſuus Hermannus de Deven, Henricus Oldagi Filius & Henricus de Heidebräcke & Joh. de Nienkerken, milites noſtri & quam plures alii fide digni. Datum Anno Domini 1308 in Die Philippi & Jacobi Apoſtolorum.

35.

Wartislaus *IV.* confirmirt den Greifswaldern ihre Privilegia. 1309.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. *Wartislaus* Dei Gratia Dux Slavorum & Caſſubiæ omnibus præſentia viſuris ſeu audituris in perpetuum. Tenore præſentium litterarum profitemur publice & in palam quod ob dilectionem & fidem, quas dilecti & fideles Conſules & Cives Civitatis noſtræ Grypeswold dilectiſſimo Patri noſtro Domino *Bogislao* felicis memoriæ, nec non ceteris noſtris progenitoribus & nobis quam pluries benevole impenderunt, approbamus & ratificamus, nec non confirmamus omnia jura, condonationes, libertates & proprietates, nec non omnia alia majora ſeu minora, quæ ab antedicto Patre noſtro Domino *Bogislao* ac noſtris Progenitoribus, ſcilicet Domino *Barnim* Avo noſtro & Domino *Wartislao*, Patruo noſtro, & Dominis *Barnim* & *Ottone*, Patruis noſtris per Privilegia ab eis ſibi tradita, poterint juſte & rationabiliter demonſtrare, ſicuti etiam ea hactenus habuerunt & libere poſſederunt, nihilum Conſulibus prædictæ Civitatis in his videlicet juribus condonationibus, libertatibus ac proprietatibus, in privilegiis eorum contentis, prout dictum eſt minuendo, infringendo, ſed potius roborando & in melius adaugendo. Ne igitur hujusmodi confirmatio noſtra a nobis aut noſtris Succeſſoribus aliquatenus infringatur aut contrarium aliquod patiatur, ſed perpetue inviolabilis perſeveret, præſens inſtrumentum ſuper ea confectum Sigilli noſtri munimine fecimus roborari. Teſtes hujus confirmationis ſunt: Henningus Behre, Marſchalcus noſter, Henningus de Heidebräke, Theodoricus Lucht, Wernerus & Zobellus dicti Lepell, Hinricus

Digitized by Google

Hinricus, & Theodoricus dicti Behre, Michael Vineko, Johannes Stenwere, Otto de Boene, milites & quàm plures alii fide digni. Datum in Grypeswold & actum ibidem Anno Domini 1309. in Die Procelli & Martiniani Martyrum beatorum.

III.

Beytrag zur Geſchichte des Gymnaſii in Stralſund.

§. 1.

Anclamenſis Pomeranus, natus Ann. 1591 d. 21. Mart. Patre *Henrico Michaele* æditimo in Ducherovienſi pago prope Anclamum & Matre Lucia Bartelins. Fratrem habuit *Andream Michaelis*, Eccleſ. Malchinenſis Paſtorem. In Scholis Anclamenſi, Stralſundenſi & Stendalienſi bonis litteris probe tinctus academiam Roſtochienſem adiit, tum magnorum nominum theologis, Tarnovio, Lubino, Affelmanno aliisque celebrem, laurumque philoſophicam meritus, poſtea totum ſeſe ſtudio theologico dicavit. Accidit vero, ut ipſi magiſtro Conrectoratus Gymnaſii Lemgovienſis aliquando offerretur, cui quidem provinciæ per ſemeſtre ſpatium præfuit, at diutius noluit, amore ſtudiorum academicorum flagrantior. Rediit ergo Roſtochium ſtudii theologici proſequendi gratia. Hinc Wittebergam indeque Lipſiam Erfurdiamque acceſſit. Salutavit etiam Gieſſenſem & Marpurgenſem Academias, priusquam denuo ad litora Balthica remearet. Cum vero egregiis docendi donis magis magisque inclareſceret, accidit, ut Ann. 1620 ad Officium Paſtoris Eccleſiæ cathedralis Guſtrov. Sereniſſ. Ducis Johannis Alberti II. juſſu vocaretur: hic vero ita ſe geſſit, ut laceſſitus nonnunquam a Reformatis aulicis atque Jeſuitis Wallenſteinianis, parceret neutris, quo ſartum tectumque ſervaretur CHRISTI ovile. Expetitus Ann. 1630 a Stralesſundenſibus, ut ſufficeretur defuncto ipſorum Superintendenti M. *Arnoldo Stappenbecio*, modeſte recuſavit; neque Roſtochienſibus Ann. 1622 S. S. theol. profeſſionem ipſi offerentibus morem geſſit; eademque tempeſtate Sereniſſ. & Reverendiſſ. Brunſvicenſium ac Lüneburgenſium Principi *Chriſtiano*, poſtulato Epiſcopo Mündenſi ad concionem probatoriam clementer ipſum invitanti renuit, humiliterque ſeſe excuſavit, donec Ann. 1639 a Sereniſſ. Duce Mecklenb. *Adolpho Friderico I.* tum temporis Adminiſtratore noſtro *Superintendentis munus* per utramque diœceſin Güſtrov. & Roſtoch. eidem imponeretur. In qua ſtatione theologica hic conſenuit exſpiravitque tandem 1644 d. 7. Sept. Scripſit defuncto orationem funebrem latino idiomate M. *Georgius Schedius* Rector Gymn. Guſtrov. typis poſtea vulgatam. Reliquit B. e conjuge *Mar-*

(*) Cfr. Frider. Thomaſ. Analect. Güſtrov. catal. biograph. p. 9. ſq.

Digitized by Google

Margaretha Schirmeiſteria (Joh. Schirmeiſteri Secret. Güſtrov. Filia) præter ceteros filium, ſibi cognominem *Dan. Michaelis* S. S. Theol. Doct. & Prof. Roſtoch. De ſcriptis ejus, quæ vivus edidit, ſupereſſe vidi conciones IIII de certa ſalutis æternæ exſpectatione; puncta religionis inter Lutheranos & Calvinianos controverſa, ſ. kurtzer Bericht von groſſer Wichtigkeit der fürnehmſten zwiſchen den Lutheriſchen und Calviniſten annoch ſtreitigen Religions-Punkten; edit. 1642 in duodec. item conciones aliquot exſequiales confr. Witten. diar. biograph. ad Ann. 1644.

II. M. *Matthæus Marci.*

Colbergenſis Pomeranus, natus 1615 d. 29. Aug. parentibus *Johanne Marci*, cive atque cereviſiario Colbergenſi, *Matthæi Marci* civis Colbergenſis filio, & *Emerentia Zilmeria Joh. Zilmeri* Filia, qui filium hunc in ſenectute ſibi a Deo donatum ſtudiis conſecrarunt a teneris annis. Is cum in patria fundamenta pietatis, artium & linguarum jeciſſet, Ann. 1634 Roſtochienſem Academiam adiit atque Profeſſorum theologiæ ac philoſophiæ tum temporis celebriorum collegia cum publica tum privata ſedulo frequentavit. In primis multum uſus eſt M. *Sam. Bohlio*, ſub cujus præſidio in ebræo idiomate publicas Diſputationes propoſuit. Cumque præterea ſupremo philoſophiæ gradu inſignitus ipſe collegia Studioſis aperiret, & ſua docendi dona probaret, Domino providente, ita factum eſt, ut Ann. 1639 vocaretur Guſtroviam ad ſupplendam, quæ a morte M. Laurentii Langelandſen vacabat, functionem eccleſiaſticam in æde parochiali; cui & in conjugio ſucceſſit, relicta ipſius vidua *Chriſtina Baumeiſteria* uxore ducta, e qua filium *Johannem*, filiamque *Johannam*, M. Matthäo Wieſen, Paſtori Neo-Brandenburgenſi nuptam, ſuperſtites reliquit. Ipſe vero 1647 d. 20. April. mundo ac miniſterio valedixit, cui exſequialem concionem habuit collega M. *Zach. Schröderus*, typis poſtea exſcriptam.

III. M. *Johannes Hövet.*

Stralesſundenſis; Patre *Johanne Hövet*, mercatore ibi primario, *Johannis Höveti*, Senatoris olim & *Catharinæ Hagemeiſteriæ* filio; matre *Ilſabe Fridlibia*, B. *Phil. Henr. Friedlibii* S. S. Theol. Doct. & Superintendentis quondam Stralſundenſis celeberrimi, uti & Margaretha Schlomanns Filia, natus. E Gymnaſio patrio, poſitis tyrociniis, in Gryphiswaldenſem academiam, Ann. 1689 conceſſit, ut ad philoſophicum theologicumque ſtudium animum applicaret. Hinc Ann. 1690 Wittebergam petiit, ubi per biennium commoratus, *de Achitophelismo Machiavelli* publice diſputavit. Inde Lipſia Jenaque ſalutatis, ad Pomeranos reverſus 1693 Gryphicas muſas reviſebat: ſed Ann. 1694 in Academiam Roſtochienſem ſeſe contulit,

Digitized by Google

academica ſtudia profecuturus. Ibi Magiſterii titulo auctus Ann. 1696 ſub D. *Franciſci Wolffii*, hoſpitis ſui, tum Profeſſoris Roſtochienſ. poſtea apud Hamburgenſes Paſtoris præſidio diſp. publicam de Scriptura S. reſpondendo defendit; variisque poſtea collegiis philoſophicis ſtudioſam juventutum juvit, donec 1699 ſcholæ oppidanæ Roſtochienſi Rector præficeretur, & tandem 1701 Güſtroviam ad Paſtoratum eccleſiæ parochialis ſollemni ritu electus vocaretur, quo officio optime functus eſt. Cfr. Roſtoch. litter.

IV. *Johannes Pommereſchius.*

Pomeranus Gryphiswaldenſis (*) natus 1624 J. V. D. ejusdemque in academia patria Profeſſor ac Conſiſtorii Pomeran. Aſſeſſor atque Director. Inde Güſtroviam evocatus a Sereniſſ. Duce noſtro *Guſtavo Adolpho*, qui Conſiliarium juſtitiæ ipſum conſtituit, Principique hæredi *Carolo* informatorem in bonis litteris præfecit. Hinc tandem Lübecam diſceſſit ad ſyndicatum iſtius reipubl. ubi † 1689 d. 24. Jan. Scripta ejus academica recenſet Witten. in diar. biograph. T. II. ad Ann. 1689. E Filiis *Jac. Pommereſchius* aliquando Secretarius intimus, poſtea Conſiliarius Mecklenburgicus in aula Güſtrovienſi, converſis vero ibidem rebus, 1697 Vindobonam diſceſſit aulamque frequentavit Leopoldinam.

V. *Laurentius Stephani.*

Gryphiswaldenſis Pomeranus, *Joach. Stephani* J. V. D. Academ. Gryphisw. Prof. Conſiſt. Eccleſ. Directoris & multorum Pomeraniæ Ducum Conſiliarii eminentiſſimi, Filius, natus Ann. 1588 d. 13. Mart. Qui cum J. V. D. atque Profeſſ. in Academia Roſtoch. aliquandiu inclaruiſſet, factum eſt, ut A. 1614 a Sereniſſ. Mecklenb. Duce *Johanne Alberto* in aulam Güſtrovienſem vocaretur, inque Conſiliariorum juſtitiæ numerum cooptaretur. Anno 1616 ab eodem Principe judicii provincialis Aſſeſſor factus. Ann. 1623 in locum defuncti Cancellarii *Hajonis a Neſſen* ordin. Juris Profeſſor, conſiſtorii eccleſiaſt. Aſſeſſor ſurrogatus; Anno 1636 iterum Güſtroviam arceſſitus Cancellariæ ibidem Director extitit per XV Annos. Tandem Anno 1651 Vice-Præſes in judicio provinciali, quod tum Sternbergæ exercebatur, conſtitutus † 1657 d. 11. Novembr. cum LXX Annos hujus vitæ compleſſet. Scripta, quæ reliquit, recenſet *Witten.* in diar. biograph. ad annum & diem ipſi emortualem. E conjugio, quod cum *Anna Cothmannia, Ernest. Cothmanni* Conſiliar. Mecklenb. Filia, contraxerat, fuerunt ipſi Filius unicus *Joach. Stephani*, J. V. Doctorandus, elegantiſſimæ indolis & ad maxima

(*) In Lexic. Jöcherian. falſo dicitur *Stralſundenſis*.

Digitized by Google

maxima quæque natus educatusque, ſed in quo ſpes omnis præter ſpem omnem decollavit, quando nil tale metuens aut meritus, ab eo, (Thoma von der Lippen affine ſuo) a quo omnium minime fieri oportebat, hoſtili manu temerarioque ac nefario conamine, in publico foro Roſtochienſi, & eo quidem ipſo tempore, quo cum *Liboria Stöppelia*, primaria fœmina nuptias meditabatur, occiſus eſt; & IV Filiæ Margaretha Eliſabetha, Eliſabetha, Barbara, Catharina.

VI. *Chriſtian* }
VII. *Jo. Reinhold* } *Schildknecht.*

Fratres: uterque Sereniſſ. Ducis *Guſtavi Adolphi* Tribuni Militares (Majors) Præfectique cohortis prætoriæ: quorum ille natus 1626; hic autem 1630 patre nobiliſſimo maximeque ſtrenuo Viro *Wendelino Schildknecht*, Geometra & Tribuno armamentarii Architectoque militari per *Pomeraniam* olim celeberrimo (Pommerſcher Ingenieur und Zeugmeiſter, auch Ober-Land- und Feld-Meſſer) qui Ao. 1652 Stetini edidit aliquem in fol. librum: Beſchreibung vom Fortifications-Weſen, lectu non inutilem & periucundum. Hujus 2 Filii domi militiæque clari alter alterum in aula Güſtrovienſi exceperunt. Major enim natu cum Ann. 1679 diem ibidem obiiſſet ſupremum, tum minor natu Hamburgo evocatus in fratris defuncti locum ſurrogabatur. † 1696. Utriusque autem opera in architectura tam militari quam reliqua multum uſus eſt Sereniſſ. Princeps *Guſtavus Adolphus*. Excelluerunt enim in matheſi & geometria magnopere: quemadmodum & *Joh. Reinh. Schildknechtii* Filii, quorum maximus natu Capitanei munere in exercitu Suecico functus eſt.

VIII. *Georgius Dethardingius.*

Stetinenſis Pomeranus, Medicinæ Doctor, Straleſundenſium olim poliater: ſed Ann. 1680 Güſtroviam vocatus, ibidem primo phyſicus civitatis fuit, paullo poſt vero archiater ducalis extitit longe experientiſſimus. Filius *Georgii Dethardingii*, pharmacopœi quondam aulici Stetinenſ. & ſcabinatus ibidem Aſſeſſoris, e ſcriptis polemicis de auri aliorumque metallorum ſolutionibus haud ſpuriis, cum D. Agricola Hauptmanno ſociatis orbi medico haud ignoti.

Scripta ejus, quorum magnus eſt numerus, hic adducere non vacat.

IX. *Casparus Rotermund.*

Nobilis Pomeranus, Sereniſſ. Principis *Joh. Alberti II.* Ducis Mecklenburg. in aula Güſtrov. Conſiliarius & Mareſchallus, vixit 1617.

De *Gerdeſiis* p. 139. hæc leguntur:
Gerdeſiorum memoria atque Familia in urbe hac (Güſtrovienſi) in primis floruit. Nam *Martinus Gerdeſius*, *Malchinenſis*, qui *primus* nobilitatem ſuo generi acquiſivit, J. V. D. Syndicus & Conſul Güſtrovienſis inclaruit ab Anno 1599, vir politiori doctrina plurimoque rerum uſu ſua ætate præſtantiſſimus, † 1629 Ætat. 73.

De *Hagemeiſteris* pag. 144 hæc occurrunt:
Hagemeiſterorum nomen in hac urbe & antiquitate generis & meritorum ſplendore eſt florentiſſimum: quippe qui a multis ſeculis conſulari & ſenatoria dignitate hic eminuerunt.

In M. *Joach. Manzelii* ſchediasm. de Superintendent. Parchimenſ. unius modo Pomerani mentio fit, & quidem pag. 72. his verbis:
Alexander Gypſius, Gryphiswaldenſis, Paſtor Crammonenſis, ſubſcripſit Anno 1618 (quo quippe Anno conſtitutus eſt Paſtor Crammoenenſ.)

III.

Critiſche Betrachtung Der Polniſch-Pommerſchen Pahnken in den Herrſchaften Lauenburg und Bütow.

Die Pohlniſche Regiment-Verfaſſung iſt bekannt genug. Man weiß, wie daſelbſt die Ritterſchaft das Heft des Staats in Händen habe, und der einzige Land-Stand dieſer in Freyheit blühenden Republik ſey. Die Geiſtlichkeit und Bürgerſchaft hat keinen Einfluß in dieſen Staats-Körper, in ſofern die erſtern nicht mit zum Adel-Stande gehören; und die letztern ſind ſogar denen Befehlen und der Regierung des Adels unterworfen. Der Bauer-Stand lebt in der Sclaverey ſeiner Herrſchaften, die von der in Pommern hergebrachten vernünftigen Unterthänigkeit, wie Himmel und Hölle unterſchieden iſt, da jene mit der Römiſchen Knechtſchaft übereinſtimmet, weil ein Pohlniſcher Edelmann gleich einem Römiſchen Ritter das Recht hat ſeinen Leibeigenen zum Tode zu verurtheilen. Ueberhaupt muß man ſagen, daß in dem Pohlniſchen Staat ein neues Rom zu blühen angefangen, dieſes Bild der Römiſchen Freyheit in der Beſtändigkeit ihrer Staats-Künſte aber das alte Rom weit hinter ſich zurück gelaſſen habe. Dieſe Pohlniſche von Adel ſind ſich alle gleich, und nur bloß die Würden des Staats unterſcheiden ſie von ihren Genoſſen. (a) Gleich-

(a) Omnes Nobiles nati æquo jure habentur, nullo ſive ex proſapia, ſive ex opibus diſcrimine. *Lengnich* in jure publ. regni poloni Tomi 2. Lib. 3. Cap. 2. §. 3.

Digitized by Google

Gleichwie nun die Natur niemalen einem Stande allein die Güther des Glücks mitzutheilen gewohnt iſt, ſo finden ſich auch, wie in andern Staaten, unter dieſem Adel viele Nothdürftige und von Mitteln entblößte Junker; und weil ſolche bey Verluſt des Adels nach den Reichs-Statuten kein Handwerk lernen noch einiges Gewerbe treiben können, ſo werden ſie dadurch gezwungen, bey Waywoden, Staroſten und andern reichen von Adel ſich als Haushalter oder Bediente zu vermiethen, welches ſie ihrem Stande nicht verkleinerlich halten, da ſie von ihren Herrſchaften in Betracht der Geburt nicht als gemeine Knechte angeſehen noch zu unanſtändigen Verrichtungen gebraucht werden. Dieſe Leute werden von den Deutſchen und Pommern mit einem Spott-Nahmen Pahnken genannt, welcher Name vielleicht von einer verkehrten Ausſprache des Pohlniſchen herrühret. Eins muß ich nur noch hiebey anführen, daß ſich der berühmte *Lengnich* zu widerſprechen ſcheine, wenn er faſt auf allen Blättern eine durchgängige Gleichheit des Pohlniſchen Adels behauptet, und gleichwol vorgiebt (b) daß in Pohlen auch mittelbare Landſaſſen zu finden (wodurch vielleicht die Pahnken gemeynt worden,) welche auf Reichs-Tagen keine Stimme haben, ſondern nur bloſſe Lehnträger des unmittelbaren Adels ſeyn ſollen. Man erzählet, daß bey der Wahl Stanislai ein gewiſſer Pahnke ſeiner Herrſchaft den Dienſt aufgekündiget habe, weil er nach dem Reichs-Tage reiſen wollen, und da ſein Herr verſucht ihm die Reiſe auszureden, ſo habe ihm ſolches verdroſſen und er demſelben zu verſtehen gegeben, daß er ſowol wie er König in Pohlen werden könne. Ich laſſe dahin geſtellt ſeyn, was man ſonſt von dem milden Dienſt der Pahnken bey ihren Herrſchaften erwähnet, daß ſie nur ſo lange bey der Tafel aufwarten dürfen, bis der Braten aufgetragen wird, alsdenn aber das Recht haben ſollen, ſich niederzuſetzen und mitzuſpeiſen.

In unſerer Lauenburg nnd Bütowſchen Herrſchaft trift man gleichfals viele dergleichen Pahnken an, welche entweder von Krebſen oder Fiſchen, welche ſie feil bieten, leben, oder auch bey andern von Adel in Dienſten ſtehen. Es iſt daher einem Reiſenden in dieſen Gegenden nichts ungewöhnliches, daß ihm dergleichen herumſchweiffende Ritter, die nur an ihrem Säbel zu kennen ſind, mit der Kiepe aufſtoſſen. Die Ritterſchaft dieſes Landes ſelbſt iſt auf die Pohlniſche Freyheit beſonders erpicht, und die Pommerſchen Rechte haben in dieſer kleinen Herrſchaft niemalen einwurzeln konnen. Sie haben ein eigenes Land-Recht (c) wonach ſie von ihrem Grod- oder Land-Gericht, welches aus Einſäßigen von Adel, die unter der Aufſicht und dem

(b) *Lengnich* in Jure publ. poloni Regni Tom. 2. p. 210. §. 1.
(c) Jus terreſtre nobilitatis Pruſſiæ correctum Gedani 1736. 4to.

Vorſitz des Ober-Hauptmanns dieſes Ländchens arbeiten, beſtehet, gerichtet werden. Zum Beſchluß muß ich noch einen Spott-Reim auf die guten Pahnken herſetzen, welchen ich in der alten und ſchon rar gewordenen Ausgabe von Micrælii alten Pommerlande vom Jahr 1640 eingeſchrieben gefunden habe:

Jck ſage juw hiemit für wahr
Wie ſind kutt Pahnken met Hut und Haar
So ſchrift Micrælius im Pommerland
Wi ſind kutt Pahnken intgeſammt.

Weil nun Micrælius ſo wenig in ſeinem Werk der Pahnken gedacht, als ein Schimpf-Lied auf ſelbige gedichtet, ſo hielte ich dieſe Reime vor eine Erfindung des geweſenen Beſitzers meines Exemplars welcher ein ehemaliger Pommerſcher Ober-Forſtmeiſter geweſen, welcher dem Land-Adel nicht allzugünſtig war. Allein ich werde durch die Gewohnheit, wodurch es in denen dortigen Gegenden unter den übrigen Einſaſſen faſt zur Parœmie geworden iſt, von dem Gegentheil überzeuget. Uebrigens kann die darin vorkommende ſchmutzige Benennung keinen andern Grund haben, als weil unſere arme Pahnken auch oft auf dem Lande bey Adlichen Damen und Wittwen dienen, und als Aufſeher oder Hof-Vögde der Wirthſchaft vorſtehen, und die Bauren ſammt dem Geſinde zur Beobachtung ihrer Dienſte und Pflichten antreiben. Man pflegt aber aus einem gern aufs andere zu ſchlieſſen, und nach der Schilderung jenes Römiſchen Dichters, wenn nur der geringſte Schimmer eines Verdachts dazu die Hand bietet, das liebe unſchuldige Frauenzimmer von der häßlichen Seite betrachten.

Nil non permittit mulier ſibi: turpe putat nil:
Cum viridas gemmas collo circum dedit & cum
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

Plautus.

N. S.

IV.

DIPLOMATARIUM
GRYPHISWALDENSE.
Particula III.

36.

Johann Stange, ein Prieſter aus Schonen, verſichert den Städten Roſtock, Stralſund, Greifswald und Wismar, daß er ſich ſeiner Gefangenſchaft halber an ſie nicht rächen wolle. 1312.

Omnibus præſens ſcriptum cernentibus *Johannes Stange*, Sacerdos Eccleſiæ Ootſyö, ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facio univerſis, quod univerſos & ſingulos Burgenſes de Roſtock

Digitized by Google

Roſtoch, Stralſund, Grypswold & Wismar exiſtentes, viros diſcretos & honeſtos, pro captivitate, qua captus fui in Caſtro Scancki, ratione guerræ exiſtentis intra illuſtrem Regem Daciæ & ipſos nobiles Burgenſes, dimitto liberos per præſentes penitus & excuſatos, promitto inſuper vera fide, quod dicti Burgenſes quotienscunque & ubicunque ad partes Daciæ declinare contingerint, per Dominum Archi-Epiſcopum, per ſubditos ſuos, per me, vel per amicos meos Conſanguineos, vel per aliquos alios cujuscunque Conditionis ſint, ratione dictæ Captivationis, non debeant impediri nec in aliquibus moleſtari. Ne igitur dictis Burgenſibus aliqua ambiguitais materia ſive adverſariorum calumnia impoſterum ab aliquibus ſuper dicta Captivitate poſſit ſuboriri, ſigillum meum præſentibus duxi apponendum in Cautelam firmiorem. Actum & Datum Grypswold Anno Domini 1312 In Die beati Andreæ Apoſtoli.

37.

Herzog Barnim vergleicht ſich mit den Städten Greifswald, Anklam und Demmin, an der Peene keine Veſtung anzulegen. 1314.

Wy Barnim van der Gnade Godes, een Hertoge tho Stettin, der Pamern, der Wenden unde der Schlawen. Wy bekennen alle den, de diſſe gegenwärdige Schrift anſehen unde hören, dat Wy mit unſen lewen, truwen Steden Grypswold, Tanglym, Demmin, verbunden hebben unde vereinet, dat wy nene gebuwte Steden ſchölen newe muren uppe de Päne, ſonder oft Wy dat tho Rade worden, Wy Unſe Stedeken thom Jermen veſten wolden, dat ſe dar by Namen uthgenamen. Were ock, dat dar enig Mann buwen wolde, up dat Flytt dat de Peene hyrt, dat wille wy kehren, unde willen dartho behulpen weſen mit aller unſer Macht, den vorbenömenden Steden, unde ſe ock wedderthegen, alles weme de dar buwe, buven wolde, edder buwede, dat em ſcholde nemand weſen uthgenamen. De Tüger deſſer Dinge ſyn de ehrbare Herr Johann de Abbet von Colbitz een Meſter der hilligen Schrift, de achtbare Mann Herr Berend Bähre de Dom-Proveſt tho Cammin Herr Dubeslaf von Eichſtede, Herr Marten Rotermund, Herr Werner von Schwerin, Herr Krathe van Bidekow, de Riddere ſyn, Bertram von Eckſtede, Hermann Heidebräcke, de Knapen ſyn. Diſſe Bref iß gegewen tho Stolpe, des Donnerdags vor unſer Fruwen Dage Annunciationis, nah der Boerde unſers Herrn Gades Dröttein hundert Jahr in dem vertheinden Jahre, under Unſen Ingeſegel.

Digitized by Google

38.

Herzogs Bogislaf *IV.* Rück-Bürgſchaft an die Stadt Greifswald, wegen der für ihn übernommenen Guarantie des mit Herzog Otto getroffenen Vergleichs. 1319.

Nos *Wartislaus* Dei Gratia, Slaviæ, Caſſubiæ Pomeraniæque Dux, recognoſcimus in præſenti Inſtrumento publice proteſtantes, quod Confœderationem ſeu Conſpirationem per nos factam cum Vaſallis & Civitatibus Incliti principis noſtri dilecti patrui Domini *Ottonis*, Ducis Stettinenſium, pro quo amore noſtri dilecti noſtri Conſules Civitatis Grypswold ſuis patentibus literis promiſerunt, illæſam tenere volumus & inviolabiliter obſervare ſecundum tenorem, qui in dictis literis lucidius continetur, volentes nihilominus dictos noſtros Conſules ab omni promiſſo noſtro Nomine facto, indemnes eripere, & ratione hujus promiſſi ab omni onere penitus relevare, prout ipſis verius promiſimus promittimus & in his ſcriptis. Teſtes hujus rei ſunt: Domicellus Nicolaus, Comes de Gützkow, Dominus Arnoldus de Grambowe, Hinricus de Zagentze, Gerhardus Bocholt, Milites, Conſules Civitatis Templin, & Conſules Civitatis Dymin, ſcilicet Hinricus Mowe, & Wernerus Buſſow, & alii quam plures fide digni. In evidentiam firmiorem Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum in Tanglim Anno Domini 1319 Fratrum ſcilicet in Die Petri & Pauli beatorum Apoſtolorum.

39.

Herzog Wartislaf giebt den Greifswaldern die Zoll-Freyheit auf der Peene, und in ſeinen andern Häfen und ſpricht ſie loß von der Bürgſchaft für ihn. 1320.

Wartislaus Dei Gratia Slaviæ, Caſſubiæ, Pomeraniæ Dux, omnibus præſentia viſuris vel audituris ſalutem cum cognitione ſubſcripta veritatis. Quamvis omnibus in Dominio & diſtrictu noſtro poſitis ad conſervationem juſtitiæ, quæ unicuique quod ſuum eſt tribuit, ex Zelo rectitudinis teneamur, Maxime tamen Civitates noſtras & ipſarum perſonas, ſine quarum defenſionis præſidio ſtatus terræ vix in tranquillitate poteſt conſervari, debemus & volumus in ſuis conſeravere juribus, ipſasque aliis libertatibus & prærogativis quibus poſſumus anteferre. Hinc eſt quod ad notitiam omnium præſentium & futurorum volumus pervenire ſerenius, quod cum dilecti & fideles noſtri Conſules Civitatis noſtræ Grypswold, qui ſe & ſua pro nobis ad augmentationem & conſervationem terræ noſtræ multis variisque modis exponere non formidant, eſſent una cum Burgenſibus civibus & incolis civitatis ipſius non modicum gravati & turbati, ex eo videlicet, quod in Aquis noſtris

ſeu

ſeu portubus Swinæ videlicet & Peuæ telonia de navibus & rebus aliis ſolvere mandaſſemus. Nos igitur communicato conſilio Patruorum noſtrorum Domini *Ottonis* & *Barnim*, fideliumque noſtrorum militum præhabita voluntate & conſenſu, omnibus & ſingulis prædictis non circumventi, ſed ex mera voluntate dedimus & damus per præſentes, ut prædictas aquas ſeu portus noſtros & alias quascunque in toto dominio noſtro, cum navibus rebus & aliis quibuscunque mercimoniis liberi ſine telonio ſine exactione aut alio quocunque Ungeldo poſſint pertranſire, redire, & in eis moram facere, naves ſuas littoribus applicare, mercimonia, bona & res alias in ipſis locare, quoties & quando eis viſum, expediens fuerit & conſultum; ita ſane, quod neque per nos, neque advocatos vel Officiales noſtros quoscunque ſuper ſolutione telonii, aut alicujus alterius Ungeldi, quocunque cenſeatur nomine, debeant aliqualiter prægravari, ſed quod prædictæ civitatis noſtræ Grypeswold Conſules, Burgenſes, Cives & Incolæ quicunque ſemper cum omnibus ſuis mercimoniis, rebus & bonis, libere & pacifice dictas aquas noſtras ſeu portus tranſeant & completis negotiis ſuis libere revertantur. Præterea recognoſcimus, quod ipſius civitatis noſtræ Conſules a promiſſione, quam pro nobis fecerunt Conſulibus Civitatum Primislaviæ, Paſwalc & Templin, reddere volumus & debemus ſolutos, liberos & indemnes, ſicut eis, quando prædictam promiſſionem pro nobis facerent, promiſimus, & ex nunc permittimus per præſentes. In quorum evidentiam Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt: Henningus Behr, noſter Marſchalcus, Wedego de Wedele, Joh. Troye, Hinr. de Swerin, Siegfridus Lodo, Henningus de Stuchowe, milites noſtri & alii plures de conſilio noſtro fide digni. Datum Wolgaſt Anno Domini 1320 in vigilia beati Michaëlis.

40.

***Wartislaus IV.* ertheilet denen Greifswaldern Freyheit, die Räuber und Diebe zu verfolgen, ſich derſelben, wo ſie ſie finden, zu bemächtigen, und die öffentlichen Straſſen ſicher zu halten.**

Wartislaus Dei Gratia Slaviæ, Caſſubiæ & Pomeraniæ Dux, omnibus præſentes litteras inſpecturis vel audituris ſalutem cum omnium bonorum incremento. Cum maxime principum interſit præſidio defenſionis ſtatus viarum & ſecuritate & tranquillitate pacis conſervare & ipſarum diſcrimina & pericula debiti ſupplicii cauterio condemnare; Quapropter noſcant univerſi præſentes & futuri, quod Nos bona voluntate noſtra, cum matura deliberatione præhabita, noſtrorumque fidelium militum accedente conſilio, favore & conſenſu, pro augmentatione & ampliori conſervatione ſe-

Digitized by Google

curitatis viarum dedimus & commiſimus & per præſentes damus & committimus dilectis nobis Conſulibus noſtræ Civitatis Grypeswold plenam noſtram auctoritatem & mandatum libere inquirendi, inſequendi, comprehendendi, capiendi & detinendi, die noctuque quandocunque eisdem Conſulibus & Burgenſibus in Grypswold expediens videbitur, in noſtro Dominio ab iſta parte Swinæ & infra Penam videlicet Civitatibus, Oppidis, villis, viis, campis, ſilvis, nemoribus, vel in loco quocunque tam in Jure Lubecenſi, quam Swerinenſi, & quovis judicio noſtrorum Vaſallorum publicos facinoroſos & malefactores & iniquos ſcilicet latrones, prædones, ſpoliatores, raptores, viarum diſcriminatores, veſpiliones, fures, incendiarios, & qui tempore nocturno homines opprimunt dolis & ſupponunt, qui jam nominati facinoroſi & malefactores nusquam ab ipſa parte Swine in noſtro territorio & infra Penam, ubicunque Conſules & Cives in Grypswold eos invenerint, pace & ſecuritate perfrui debeant & gaudere. Concedimus nihilominus cum hoc & committimut Conſulibus in Grypswolde ante ſatis plenum noſtrum judicium quod ubicunque locorum præſcriptorum in noſtra terra ab iſta parte Swinæ & inter Peenam per jam nominatos Conſules & Burgenſes in Grypswold aut eorum nuntios prænotati facinoroſi & malefactores comprehenſi fuerint & detenti, eisdem Conſulibus & Civibus in Grypswold licita ſit poteſtas & eſſe debeat noſtro nomine animadvertendi & puniendi tales malefactores & iniquos pœna ultimi ſupplicii, ſecundum ſuorum merita delictorum & Nos ſiquidem dictis Conſulibus & Burgenſibus in Grypswold in omnibus his præmiſſis & quolibet præmiſſorum, quæ ipſi pro ſecuratione & conſervatione pacis viarum faciunt & fecerint vice noſtra aſſiſtere taliter volumus & firme aſtabimus totis viribus noſtris atque poſſe, veluti præſentialiter intereſſemus & propria manu facimus aut faceremus. Præterea ſæpe dicti Conſules & Cives in Grypswold cauti ſint & eſſe debeant, quod inquiſitio, inſecutio, comprehenſio, captio & detentio, quæ per Conſules & Burgenſes dictæ noſtræ Civitatis Grypeswold, pro illis malefactoribus & iniquis in quocunque locorum præſcriptorum noſtra fuerint & fient auctoritate, nec non executio judicii & pœnæ contra facinoroſos ſæpius prætactos, vel aliud quodcunque, quod ratione omnium præſcriptorum & ſingulorum incidere poterit, nullam debeant & poſſint per alicujus ſuggeſtionem efficere moleſtiam noſtræ indignationis, ſuſpicicionis, iræ, incommodi, vel alterius gravaminis cujuscunque adverſus conſules vel concives jam dictæ Civitatis Grypswold, nec aliqua poſt placita gravare, ſed animo conſtanti omnia talia modis omnibus ſine contradictione grata & rata volumus obſervare. Ceterum ſi aliquis Vaſallorum noſtrorum vel villanorum

lanorum ſive quicunque in terra noſtra præmiſſa ſcienter & auſu temerario contra libertatem per nos Conſulibus & Civibus in Grypswold conceſſam, tales malefactores in ſuis munitionibus aut domibus occultaret, reſervaret, teneret & tueretur, volumus, quod talis domeſticus cum hoſpite æquali & pari pœna & ſupplicio ſubjacebit, quam quidem pœnæ executionem contra reſervatores, retentores, occultatores & defenſores illorum facinoroſorum ſimiliter Conſulibus in Grypswold committimus audaciter exercendam, ſalvo tamen ſæpe ſatis Conſulibus in Grypswold quodam judicio a nobis obtento, vulgariter rem nuncupato, quo tamen non obſtante contenta in præſentibus debent in ſuo vigore permanere. In hujus igitur Commiſſionis & donationis evidentiam & in omnium præmiſſorum & ſingulorum teſtimonium præſentia ſcripta dedimus Conſulibus Civitatis Grypswold appenſione noſtri Sigilli communita. Datum Grypswold Anno Domini 1321 craſtino Johannis Evangeliſtæ ante portam latinam.

41.

Wartislaus IV. ertheilt dem Rath der Stadt Greifswald die Freyheit einen Stadt-Richter nach ihrem Belieben, freymächtig zu beſtellen, und die Juden aufzunehmen. 1322.

In Nomine Domini Amen. Omnibus præſens Scriptum cernentibus *Wartislaus* Dei Gratia Slaviæ, Caſſubiæ & Pomeraniæ Dux æternam in Domino ſalutem. Ne ea, quæ per nos rite & rationabiliter acta ſunt, inpoſterum penitus oblivioni tradantur, ipſa decrevimus ſcripturarum teſtimonio & ſubſcriptionibus Teſtium perennari. Noverint igitur præſentes & futuri, quod nos fidelibus noſtris Conſulibus Civitatis noſtræ Grypeswold, quos propter multimodas ſervitutes nobis per ipſos exhibitas præ ceteris ſpeciali proſequimur dilectione; dedimus & præſentibus damus plenam & liberam poteſtatem ſtatuendi & deſtituendi in ipſa noſtra Civitate Grypeswold minorem Advocatum, quando & quoties videbitur ipſis expedire, absque noſtra noſtrorumque hæredum & ſucceſſorum requiſitione & conſenſu; Et etiam ad ſe recipiendi Judæos ad manendum ſeu commorandum in eadem civitate, cum quibus Judæis ibidem habitantibus nolumus Nos nec noſtri hæredes & ſucceſſores, neque noſtri Advocati & Officiales ſe de cetero debebunt aliqualiter imbriare. Ut auter hæc noſtra donatio a Nobis, noſtris hæredibus & ſucceſſoribus perpetuo in concuſſa maneat, & illæſa, præſens ſcriptum ipſis dedimus Sigilli noſtri appenſione fideliter roboratum. Teſtes hujus donationis ſunt: Henningus Behre, Marſchalcus noſter, Arnoldus Grambowe, Henningus Borcke, Borchardus de Oſta, Gerardus Bockholt, milites, & alii plures de noſtro Conſilio fide digni. Actum & datum Grypeswold Anno Domini 1322 in Profeſto Domini Gregorii Papæ.

42.

Wartislaus IV. ertheilet den Städten Greifswald und Anklam das Jus monetandi denarios Slavicales & augmentabiles, Okel Pfenninge, zu ſchlagen. 1325.

Omnibus præſens Scriptum cernentibus, *Wartislaus* Dei Gratia Slavorum, Caſſuborum & Pomeranorum Dux æternam ſalutem in Domino. Ad infra ſcriptæ rei memoriam perpetuam tenore præſentium publice profitemur, quod liberaliter vendidimus dilectis & fidelibus noſtris Conſulibus Civitatum Grypswold & Tanglim monetam noſtram infra Swinam & Peenam fluvios currere debentem pro novis denariis Sclavicalibus cudendis, fabricandis & procreandis in ipſis Civitatibus prædictis ſolum. Ita ut de quatuor Marcis cum dimidia Marca denariorum dictorum in igne examinatis in pondere dictarum civitatum Marca puri argenti generetur, ad octo Annos continue ſubſequentes pro quadringentis Marcis denariorum prædictæ Monetæ nobis traditis & ſolutis ante confectionem præſentium litterarum. Volentes ſimpliciter & præſentibus firmiter mandantes, ut intra prædictorum fluviorum terminos nulla alia moneta, præterquam in dictis noſtris civitatibus, cudi, fabricari ac exerceri debeat ſeu legitima aliqualiter reputari. Dantes prædictis Conſulibus plenam poteſtatem & liberam facultatem ut quoscunque denarios Sclavicales juxta monetæ prædictæ qualitatem & valorem in igne examinare poterunt & falſarios quoslibet in moneta prædicta punire pœna ipſis legitime infligenda. Cum vero octo Anni prædicti exſpiraverint, Nos nomine noſtro & hæredum noſtrorum ac Succeſſorum quorumlibet ſub dictæ venditionis titulo damus prædictis Conſulibus liberam licentiam in perpetuum, ut quotiens & quando eis opportunum fuerit, poſſint denarios augmentabiles, qui Okelpenninge dicuntur, ſecundum pondus monetæ prius expreſſæ libere facere cudi & fabricari numero Marcarum prædictorum denariorum examinatorum in igne in pondere plene reſervato. Pœna nihilominus contra dictos falſarios monetæ augmentatæ apud dictos Conſules perpetue remanente. Ut igitur præmiſſa omnia & quodlibet præmiſſorum per Nos noſtrosque hæredes & Succeſſores impermutabiliter, abſque omni calumnia obſerventur, ſæpe dictis noſtris conſulibus præſens Inſtrumentum conſcribi juſſimus Sigilli noſtri appenſione roboratum. Præſentibus Magiſtro Conrado Præpoſito ibidem ſcilicet Grypswold & Eccleſiæ Caminenſis Canonico, Henrico de Rechim, Advocato noſtro, Henningo de Wenden, Conrado de Rechim, militibus. Hennekino Beren de Hugelsdorp & Slawekino, armigero, teſtibus ad præmiſſa ſpecialiter evocatis. Actum Grypeswold & datum per Manus Magiſtri Herbardi Herdegen, noſtri Notarii Anno Domini 1325 4. Non. April.

43. Her-

43.

Herzog Otto und Barnim confirmiren den Unterthanen ihrer noch unmündigen Vettern ihre Privilegia und verordnen Perſonen von Ritterſchaft und Städten, die Landes-Regierung zu führen. 1327.

Omnibus præſens Scriptum cernentibus, *Otto* & *Barnim*, Dei Gratia Duces Stettinenſes, Slavorum, Caſſubiorum & Pomeranorum, Salutem in Domino ſempiternam. Noverint univerſi, quod promiſimus in his ſcriptis Patruorum noſtrorum, videlicet *Bugiſlai, Barnimi* & *Wartiſlai*, filiorum, Domini Ducis *Wartiſlai*, bonæ memoriæ, Clauſtris, Eccleſiis, Vaſallis, Civitatibus & terrarum ipſorum incolis univerſis hos articulos, infra ſcriptos, nobiscum placitatos, firmiter & fideliter obſervare. Primo, quod ipſa clauſtra, Eccleſiæ, Vaſalli, Civitates ac incolæ terrarum prædictarum remanere debent apud jura ſua, juſtitias, libertates ac donationes ſuas, prout privilegiis teſtibusque idoneis poterunt edocere. Item omnes ac ſinguli inhabitatores & incolæ terrarum noſtrorum Patruorum abſoluti eſſe debent a Thelonio dando & ſolvendo: verum extranei dabunt & ſolvent thelonium in locis deputatis, conſuetum temporibus ab antiquis. Item nec in ipſorum noſtrorum terris aut aquis uſquam aliquod caſtrum aut munitiones de novo ædificari permittemus, niſi de Vaſallorum ipſorum & civitatum conſilio & conſenſu, & id ſimiliter in ipſis deſtruendis volumus obſervari. Item unicuique de prædictis volumus & debemus ſolvere debita ſua, quibus noſter Patruus, Dominus *Wartiſlaus* obligatus fuerat, ſuccedente tempore nobis opportuno, quæ ex cauſa rationabili, vel computo juſto poterit declarare. Item Advocatos generales & majores ponemus de conſilio & conſenſu Vaſallorum & Conſulum antedictarum Civitatum, & ipſi Conſules Sub-Advocatum eis ponent, ad hoc conſilio majoris Advocati requiſito. Item Dominam Eliſabeth, relictam noſtri Patrui præfati in ſuo dotalitio, quod ei de bona voluntate & conſenſu noſtri *Ottonis*, Ducis memorati, a noſtro Patruo extitit aſſignatum, nullo modo impediemus, nec in eo ipſam permittemus perturbari. Item ſi aliquis in terris Patruorum noſtrorum ultra juſtitiam faceret enormes injurias, ut homicidia & ſimilia, pro his corrigendis, ſi dicti Conſules noſtri præſentiam habere non poterint, juxta conſilium majoris Advocati, ipſi Conſules exceſſus tales licite poſſunt corrigere, ſine noſtra indignatione & offenſa. Item ſi dictarum Civitatum Conſules requiſito noſtro conſilio aliquos adjutores ſibi contrahere & ordinare poterunt, ad reſiſtendum his, qui terras Patruorum noſtrorum impugnant, id facere poſſunt de noſtra bona voluntate. Item nos obligamus fideliter,

Digitized by Google

quod volumus & debemus dictos Patruos noſtros *Bugislaum*, *Barnim* & *Wartislaum*, ipſorum Vaſallos, Civitates, munitiones & terras quascunque defendere, ipſosque juvare cum omni poſſe noſtro, nec non cum omnibus & ſingulis munitionibus noſtris, & præcipue contra Dominos, videlicet, Henricum Magnopolenſem, Johannem & Henningum de Verle, ac alios quoscunque, cujuscunque ſtatus aut dignitatis exiſtant, qui præfatos noſtros Patruos, Civitates, munitiones & terras eorum prædictas impugnant, impediant, aut impugnare ſeu impedire præſumſerint, in futurum. Item ex Vaſallis ante dictis communiter eligi debent 4 Milites, & ex qualibet Civitate 2 Conſules, quorum conſilio & conſenſu expediri & fieri debent omnia & ſingula, quæ in terris prædictis Patruorum noſtrorum expediunt facienda. In præmiſſorum evidens Teſtimonium Sigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa. Teſtes ſunt: Magiſter Conradus, Præpoſitus Gryphiswaldenſis, Leo & Thiedericus de Preſte, Presbyteri, noſtræ curiæ capellani, Henningus de Swerin, Henningus & Nicolaus Fratres dicti de Luſſekowe, Henningus Winterfeld, Wedego de Oſten, milites. Brucker & Wedego Slichten famuli noſtri conſiliarii. Datum Grypeswold Anno Domini 1327 ſexta feria proxima poſt Mauritii & ſociorum ejus.

44.

Der Rath zu Greifswald verkauft denen zu Spandow eine Wieſe am Strande zu Warſin und Lubmin. 1338.

In Nomine Domini Amen. Omnibus præſens Scriptum cernentibus Hinricus Weſtphal, Hinricus Longus, Thidericus Schupplenberch, Bernhardus de Creitſemannshagen, Johannes Butſowe, Hinricus Levenhagen, Everhardus Leceniſſi, Everhardus Wale, Bolco Mulard, Lambertus de Lypia, Porgherus Suderland, Hermannus Huſnagel, Hermannus Bonichuſen, Henricus Stumpel, Hinricus De Kil, Jacobus de Bora, Hermannus de Eſſen, Bolco de Kyl, Stephanus Polchin, Hinricus de Lubeke, Lambertus de Warendorp, Conradus de Schmichuſen, Wychardus de Vredeland, Hinricus de Gutzkow, Hermannus Ghyſeler, Johannes Derſecowe Conſules tam novi, quam antiqui & commune Civitatis Grypeswold, æternam in Domino Salutem. Ut ex mutatione facti rei infra ſcriptæ veritas lucide pateat & poſteris omnis via malignandi præcludatur, ad ipſius perpetuam memoriam & recognoſcimus, & tenore præſentium conſtare volumus præſentibus & futuris: Quod Nos matura deliberatione præhabita bona voluntate rationabiliter vendidimus & dimiſimus, nec non vendimus & dimittimus in his Scriptis honeſtis armigeris Hermanno & Laurentio fratribus ac eorum fratrueli Hinrico dictis de Spandowe ipſorumque veris hæredibus & Succeſſo-

Succeſſoribus pratum Villarum Warſin & Lubmin cum terra ei continua, quod & quam nobis cum omni jure attraximus, ſicut mare vel pratum & ipſam terram ex inundatione progrediens quandoque circumfluit & pertranſit, & quicquid proprietatis, juris & impetitionis habere dinoſcebamur prato & terra in eisdem, prout in terminis infra ſcriptis continetur, cum omni libertate & utilitate perpetuis temporibus poſſidenda, nihil penitus nobis in dictis prato & terra reſervantes, niſi tantum ſpatii, ſuper quo piſcatores nomine noſtro in aqua noſtra dicta Wyck in piſcando laborantes poſſint ſuperius & inferius magna retia ſua & alia retia ducere commode ſuper terram, & quod & pecora noſtræ Villæ Warſin, ac Curiæ prædicti Laurentii uti ſimul debeant paſcuis in prato memorato & in mercia atque lignis contentis in ipſo. Ita ſane, quod antea dicti Hermannus Laurentius & Hinricus eorumque hæredes & Succeſſores liberam habeant poteſtatem quod in dictis prato & terra ipſi continua in toto vel in parte quod pratum & quam terram mare, ut præmittitur, quandoque transfluit, gramina poſſint pro fœno ſervare, quod Hegen vulgariter vocatur: Et ex tunc quicquid ipſi in præmiſſis prato & terra ſervarunt, quod hegen proprie dicitur, nos una debemus cum eis ſervare hegen, etiam dum videlicet, quod medio tempore pecora dictæ noſtræ villæ Vreſendorp ſuper ea pelli non debebunt, ſed fœno deducto ubi in prænotatis prato & terra pecora præfatæ Villæ Warſin & Curiæ noſtri Laurentii pellentur ibi præfatæ noſtræ villæ Vreſendorp pecora cum memoratis pecoribus pelli, & cum eis perfrui paſcuis, ut ſupra dictum eſt, licite poterunt & debebunt. Termini vero ſive diſtinctiones ſæpe fati prati & dictæ terræ hoc modo continentur: Primo incipiendo ab aqua noſtra Wyck præmiſſa ubi ipſa influit quoddam foſſatum, & ultra per eundem foſſatum aſcendendo usque ad noſtrum Stagnum in noſtro prato Vreſen Wyck ſitum, in quod fluit aqua jam dicti foſſati, & deinde ab alio latere ejusdem Stagni aſcendendo per quoddam foſſatum in partem occidentalem usque duritiem terræ, ubi congeries lapidum plurium compoſita extitit & conjecta, nec non ultra a dicta congerie lapidum per aliud foſſatum aſcendendo verſus mediam partem inter aquilonem & occidentem, quod vulgo in Nord-Weſten dicitur, usque ad aliam congeriem lapidum in ipſa Maris, quæ Over dicitur, collectam & jacentem; Pro trecentis Marcis monetæ currentis nobis traditis & ſolutis, ac in noſtros uſus neceſſarios converſis ante confectionem præſentium literarum. Ceterum nos noſtrique Succeſſores prædictum foſſatum, quod progreditur ex protracta aqua noſtra Wycke, & fluit, ut præmittitur in prænotatum noſtrum Stagnum in prato noſtro Vreſen Wyk ſitum, ut perpetuo maneat apertum, cuſtodire debemus ſub noſtris laboribus

ribus & expenſis. Prænotati vero Hermannus Laurentius & Henricus eorumque hæredes & Succeſſores alia foſſata progredientia ab alio latere dicti noſtri Stagni in aſcenſu, ut ſuper eſt dictum, usque ad ripam maris, ubi alia congeries lapidum extitit conjecta, ne unquam pereant, debent ſub ſuis laboribus & expenſis aperta tenere. Ut igitur hæc noſtra venditio a præmiſſis & quorumlibet præmiſſorum firma & immutabilis perpetuis perſeveret temporibus, dedimus præſens Privilegium præſcriptis Hermanno Laurentio & Henrico ipſorumque hæredibus & Succeſſoribus, appenſione Sigilli noſtræ communitatis fideliter communitum; præſentibus Domino Johanne Dowt, milite, & Confratribus Conrado ac Marquardo Wulf, Henningo, Reimaro dictis Brinning, Everhardo, Hermanno dictis de Scola, Wernero Briswalch, famulis & aliis pluribus fide dignis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Actum & datum Grypeswold Anno Domini 1338 2. Non. Maji, hoc eſt ipſo Die beati Johannis ante portam latinam.

45.

Herzog Bugislaf und ſeine Brüder confirmiren der Stadt Greifswald ihre Privilegia und den Bürgern die habenden Lehn-Güther. 1342.

In Nomine Domini Amen. *Bogislaus*, *Barnim*, & *Wartislaus*, Fratres, Dei Gratia Duces Stetinenſes, Slaviæ, Caſſubiæ & Pomeraniæ Rugiæque Principes, univerſis, ad quorum notitiam præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in Domino ſempiternam. Ad rei geſtæ infra ſcriptæ perpetuam memoriam recognoſcimus proteſtantes maniféſte, quod providis & honeſtis viris nobisque dilectis Conſulibus & communitati civium noſtræ Civitatis Grypeswold omnia & ſingula eorum Privilegia & litteras ſuper ſuis juribus, libertatibus & juſtitiis a noſtro Patre *Wartislao*, piæ recordationis, & noſtris aliis progenitoribus, ipſis tradita ratificamus, approbamus, & præſentibus confirmamus. Volentes, ſi quæ Privilegia per nos voluerint innovari, ſuis temporibus innovare ipſis requiſiti. Ceterum etiam omnibus civibus dictæ civitatis in noſtro Dominio bona feudalia habentibus, quæ idoneis teſtibus vel juſtis Privilegiis poterunt demonſtrare, illa conferre volumus benevole ſicut decet. Volumus nihilominus quemlibet civium prædictæ civitatis ſuis juribus & juſtitiis conſervare & inviolabiliter permanere. In evidens teſtimonium omnium præmiſſorum noſtri *Bogislai* nomine noſtro ac noſtrorum fratrum præmiſſorum Sigillo præſentem literam Conſulibus & communi prædictæ Civitatis dedimus roboratam. Teſtes hujus ſunt: Dominus Henningus de Puddebuſch, Rudolphus de Nien-

Digitized by Google

Nienkerken, Conradus de Reten, Martinus Rotermund, milites, Dominus Bertholdus de Rambin, Præpoſitus ſanctimonialium in Bergen, Bernardus de Ludersdorf, noſtri Capellani, Nicolaus Schellin, Advocatus, & quam plurimi alii fide digni. Actum & datum Wolgaſt, Anno Domini 1352 Feria 6 in Feſto omnium ſanctorum.

46.

Iidem verleihen unter gewiſſen Bedingungen den Greifswaldern das Jus de non evocando. 1354.

In Nomine Domini Amen. *Bogislaus, Barnimus, & Wartislaus*, Slaviæ, Caſſubiorum & Pomeranorum Duces, Rugianorum Principes, univerſis Chriſti fidelibus, maxime quorum intereſt, ſeu intereſſe poterit, infinitam gratiam & in Domino ſalutem. Ne Acta Principum ſucceſſu temporis in dubium valeant revoari, ideo ſolent ſcriptis authenticis roborari. Hinc eſt, quod veſtræ Univerſitati volumus eſſe notum, quod nos diverſis querelis dilectorum & fidelium Conſulum noſtrorum & Univerſitatis Civitatis Grypeswald didicimus, quomodo jura ipſorum ipſis a Prædeceſſoribus noſtris gratioſe indulta a nonnullis infringantur. Quapropter nos multimoda beneficia & ſervitia eorundem reſpicientes eisdem noſtris Conſulibus & Univerſitati Civitatis Grypeswald præſentibus indulgemus, quod omnia jura & privilegia ipſis a Prædeceſſoribus noſtris & a nobis indulta, debeant per nos noſtrosque hæredes vel quoscunque alios inviolabiliter obſervari & in nullo perturbari & præcipue, quod Conſules & Burgenſes dictæ Civitatis Grypeswald communiter vel diviſim non debeant per nos noſtrosque hæredes nec non quoscunque alios Jurisdictioni noſtræ ſubjectos extra dictam Civitatem Grypeswald in judicium evocari, quocunque nomine cenſeatur, ſuper quibuscunque cauſis, delictis vel permiſſis, ſed coram Advocato noſtro in dicta civitate hujusmodi querelæ, & non alibi debebunt judicialiter terminari, his tamen exceptis, ſi aliquis Burgenſium dictæ civitatis vel quicunque alius contra Burgenſes ejusdem civitatis ſuper re feudali judicia vellet experiri, hujusmodi querelæ coram Dominis feudi judicialiter debebunt terminari. Inſuper, ſi aliquis Burgenſium dictæ Civitatis, quod abſit, delictum vel exceſſum extra civitatem contigerit perpetrare, ex tunc coram habentibus jurisdictionem in loco hujusmodi delicti vel exceſſus tales cauſæ debebunt terminari. Præcipientes omnibus noſtris officialibus ſubditis & Vaſallis, ut nihil contra hæc conceſſa audeant attemptare, ſi indignationem noſtram velint evitare. Volumus etiam, quod per hoc Privilegium novum alia Privilegia dictæ civitatis minime infringantur, ſed in genere hoc per illa & illa per hoc firmentur & roborentur. In cujus Rei Teſtimonium Sigillum noſtri

Bogislai majus & ſecreta noſtri *Barnimi* & *Wartislai*, quibus ad præſens uſi ſumus, cumque Sigillis magnis præſentibus duximus appendenda. Teſtes hujus ſunt noſtri dilecti Wedego Bugenhagen, Miles noſter Marſcalcus, Engelkinus Mandüfel, & Bartholdus Quatz, noſter Capellanus. Datum Wolgaſt Anno Domini 1354 Feria 3 in Feſto Pentecoſte.

47.

Iidem ertheilen der Stadt Greifswald das Recht der Niederlage ꝛc. 1361.

Wi Bugilaf, Barnim, und Wartislaf, Brödere, von Gades Gnaden, tho Stettin, der Wenden, der Caſſuben, und der Pommern Herzogen, und Förſten tho Rügen, bekennen apenbahr, und betügen an deſſer gegenwardigen Schrift, dat wy von unſer und unſer Erfnehmen wegen hebben gegeven, und geven an dieſer gegenwardigen Schrift unſen leven Rathmannen und Börgern unſer Stadt tho deme Grypswolde dorch menniggerley Ghüde und deneſtes Willen, de ſe uns bewyſen und dahn hebben, vullenkommen und frie Fryheit, alſo dat niemand, de in unſene Lande wohnende is, und uth unſene Lande edder von buten dorch unſe Land, de mit Korne edder mit jeniggerley Kopenſchop edder veilehave idt ſy wat Kopenſchop edder Veilehave, idt ſy, thüet edder vöret over de Pene dorch Wolgaſt, edder thome Vire tho Anklam, tho Gützkow, edder thome Germünde ower und vordom will, dat he ſchall theben und vören thom Grypswolde mit ſynem Korne, mit ſyner Kopenſchop, und mit ſyner feilen Have, und holde dar tho erſten den Markt unde geven dar ſynen Tollen, da des pflichtig is tho gevende. Were idt överſt, dat des nicht en dede, und töge edder vöre de Stadt tho deme Grypswolde ümme, idt were uthwardt, edder inwardt, ſo geve wy von unſer und unſer Erfnehmen wegen den Rathmannen und den Börgern thome Grypeswolde, de nu ſind, edder nahkommende ſint tho ewiger Tydt, dat ſe möge de Lüde upholden in unſer Herrſchop und bringen ſe in de Stadt thome Grypswolde, und nemen ere Bröcke, alſe von dem de ere Fryheit, de wy en gegeven hebben, gebraken hebben, edder de eren Tollen verwüret hebben. Dat wy dit ſtede und vaſt holden, ſo hebben wy diſſen Bref mit unſern hemlicken Ingeſegeln hiervöre hanget. Tüge dieſer Dinge ſind unſe leven und trüwen: Wedego Buggenhagen, unſe Marſchalk, Engelke Mandüvel, Arnold und Claus Brüdere Kölner, Riddere, Revelnigk Preduln, Albrecht von Selpte, Albrecht von Helchte, Hinrich Dodenberch, Hinrich von Jaßmunde, Knechte und andere Lüde, de löven werdich ſin. Gegeven und ſchreven uppe der Schwine na Gades Bort 1361 des Donnerſtages binnen den achten Dagen tho Pingſten.

V. D.

V.

D. Jac. Heinrich Balthaſars

Erſte und Zweyte Sammlung einiger zur Pommerſchen Kirchen-Hiſtorie gehörigen Schriften, zur Erläuterung und Vermehrung der gedruckten Pommerſchen Chroniken, nebſt beygefügten Anmerkungen.

Greifsw. I. Samml. 1723 3 Alph. 12 Bog. in 4. II. Samml. 4 Alphab. 20 Bog. in 4.

Unter den Werken, welche die Geſchichte unſers Vaterlandes aufklären, iſt dieſes eines der ſchätzbarſten. Der einzige Scribent von den Kirchen-Begebenheiten dieſes Landes, Cramer, erhält hier in Anſehung der wichtigſten Nachrichten, die er kurz und obenhin anführet, Licht und Beweis. Die darinn mitgetheilten Original-Schriften und Nachrichten geben in allen Vorfallenheiten ſeit der Reformation den ſicherſten Leitfaden ab; und wie einer, der eine beſſer als die Cramerſche aneinander hangende Kirchen-Geſchichte von Pommern ausarbeiten wollte, in den hier geſammleten Schriften die vornehmſten Materialien findet: ſo ſind überdies des Hochw. Verfaſſers beygefügte Anmerkungen, und die vollſtändige Lebens-Beſchreibungen der Vor-Pommerſchen General-Superintendenten ſo eingerichtet, daß ſie vieles in einen hiſtoriſchen Zuſammenhang bringen. Von der Abſicht und Einrichtung des Werkes redet der Herr Verf. ſelbſt in den Vorreden. Billig ſollten wenigſtens alle Geiſtlichen hier im Lande mit dieſem Werk völlig bekannt ſeyn, da es auſſer den hiſtoriſchen Nachrichten von der Pommerſchen Kirchen-Verfaſſung, ihnen die beſten Normen in den Lehr-Punkten und der Amtsführung vorleget.

Die I. Sammlung iſt in drey Theilen voneinander geſondert; von welchen der erſte Theil die unter dem erſten General-Superintendenten nach der Reformation Doct. Johann Knipſtrow verhandelten Kirchen-Acta mittheilet. Dieſe ſind 1) die Greifswaldiſchen Synodal-Acten von 1541. 2) Dieſelben von 1543. 3) Dieſelben von 1544. 4) Acta des allgemeinen Stettiniſchen Synodus von 1545 welchen die Geſchichte des Comminſchen Biſchofs *Suavenii*, Nachrichten von dem berufenen *Fredero*; von dem Interim, vom Oſiandriſmo, und von der Sächſiſchen Bekenntniß, oder Repetitione Auguſtanæ Confeſſionis eingemiſchet ſind. 5) Greifswaldiſche Synodal Acten von 1551. 6) Dieſelben von 1554 wider Jac Thielen von der Niederfahrt Chriſti zur Höllen. 7) Dieſelben von 1556 wider *Frederum*, und wegen der Kirchen-Viſitation, auch Verbeſſerung und Vermehrung der Kirchen-Ordnung, imgleichen des Oſiandriſmi. 8) Stet-

3	8.V.	— 11.	+ 13.	S.g.W. 1	klährt ſich auf.
	10.N.	— 20.	+ $11\frac{1}{2}$.	W. 2	heitre Lufft.
4	8.V.	— 34.	+ 12.	3	wolkig.
	11.N.	— 30.	+ 12.	2	veränderlich.
5	7.V.	— 27.	+ $12\frac{1}{2}$.	S. 1	wolkig.
	11.N.	— 38.	+ 10.	1	klahrer Himmel.
6	8.V.	— 38.	+ 13.	W.g.S. 1	wolkig.
	11.N.	— 34.	+ 10.		Regen.
7	8.V.	— 48.	+ $14\frac{3}{4}$.	W.g N. 1	wolkig.
	11.N.	— 51.	+ 12.	2	hell und klahr.
8	8.V.	— 51.	+ 14.	W. 2	wolkig.
	11.N.	— 51.	+ 13.	2	düſtrer Himmel.
9	8.V.	— 33.	+ 14.	S. W. 2	Regen.
	11.N.	— 21.	+ 12.	1	dito.
10	8.V.	— 17.	+ 11.	N. W. 1	dito.
	11.N.	— 19.	+ 8.	0	klar.
11	8.V.	— 26.	+ 10.	W.g N. 0	wolkig.
	11.N.	— 36.	+ 10.	W. 2	regnicht.
12	8.V.	— 54.	+ 10.	2	Regen.
	11.N.	— 54.	+ 9.	1	wolkig.
13	8.V.	— 50.	+ 12.	1	abwechſlend Regen.
	11.N.	— 48.	+ 11.	2	dito.
14	8.V.	— 52.	+ 12.	N. W. 3	wolkig.
	11.N.	— 68.	+ 10.	1	dito.
15	8.V.	— 78.	+ 10.	N.g W. 1	heitre Lufft.
	11.N.	— 82.	+ $7\frac{1}{2}$.	1	dito.
16	8.V.	— 80.	+ 11.	N. W. 1	dito.
	11.N.	— 77.	+ 9.	1	düſtrer Himmel
17	8.V.	— 75.	+ $10\frac{1}{2}$.	N. 2	dito.
	11.N.	— 81.	+ 11.	N. O. 2	veränderlich.
18	8.V.	— 81.	+ 11.	O. 1	wolkig.
	11.N.	— 81.	+ $8\frac{1}{2}$.	N. O. 0	hell und klahr.

Digitized by Google

Tag	Stund	Barom. Zoll.	Therm. Grad.	Winde.	Witterung.
19	8.v.	25. 75.	+ 12.	1	wolkig.
	11.n.	— 75.	+ 11¼.	2	neblicht.
20	9.v.	— 75.	+ 14.	1	dito.
	11.n.	— 69.	+ 12.	3	dito.
21	8.v.	— 69.	+ 10.	2	heitrer Himmel.
	11.n.	— 66.	+ 10.	1	dito.
22	8.v.	— 64.	+ 19½.	1	dito.
	11.n.	— 54.	+ 9½.	0	dito.
23	8.v.	— 49.	+ 9½.	2	wolkig.
	11.n.	— 49.	+ 11½.	2	dito.
24	8.v.	— 49.	+ 11.	2	neblicht.
	11.n.	— 49.	+ 10½.	1	wolkig.
25	8.v.	— 52.	+ 11¼.	N. O. 2	dito.
	11.n.	— 63.	+ 9.	0	dito.
26	8.v.	— 68.	+ 9⅔.	O. 1	dito.
	11.n.	— 68.	+ 7.	0	dito.
27	11.n.	— 58.	+ 6.	S. 1	heitrer Himmel.
28	11.n.	— 54.	+ 11.	1	wolkig.
29	8.v.	— 47.	+ 12.	0	dito.
	11.n.	— 34.	+ 13.	S. W. 1	dito.
30	7.v.	— 26.	+ 12¾.	S. g W. 1	dito.
	11.n.	— 43.	+ 10.	W. g N. 2	klahr und heiter.

Digitized by Google

J. C. Dähnerts

Pommerſche Bibliothek.

Vierter Band.

Zehntes Stück.

Für den October.

Greifswald 1755.

Digitized by Google

Inhalt.

1. Urkundliche Verhandlungen Pommerſcher Herzoge mit dem Teutſchen Ritter=Orden.

2. Anzeichnung eines Pudglaſchen Mönchen *Hermanni de Luneborch.*

3. J. Erichſon. Von der Taufe, imgleichen von der Noth=Taufe, nach der Pommerſchen Kirchen=Agende.

4. Pommerſche Neuigkeiten.

5. Greifswaldiſche Wetter=Beobachtungen, für den October 1755.

Digitized by Google

I.

Urkundliche Verhandlungen Pommerſcher Herzoge mit dem Teutſchen Ritter-Orden.

Aus den *Actis Pruſſicis.*

I.

Concordia, per Jacobum, Archi-Diaconum Leodienſem, Legatum Capellanum Papæ, ejusque in Polonia, Pruſſia & Pomerania vices gerentem, inter Swentopolcum Pomeraniæ Ducem una, & Magiſtrum ordinemque Teutonicorum S. Mariæ Jeroſolimitanæ &c. altera ex partibus hoc modo conſtituta. 1248.

Univerſis præſentes literas inſpecturis, Jacobus Archi-Diaconus Leodienſis, Domini Papæ Capellanus ac ejusdem in Polonia, Pruſſia, Pomerania vices gerens, Salutem in ſalutis auctore. Noverit Univerſitas veſtra, quod, cum graves diſcordiæ inter religioſos viros, Magiſtrum & fratres domus Teutonicæ in Pruſſia ex parte una, & nobilem Virum Swentopolcum, Ducem Pomeraniæ ex altera, ſuper terris, villis, ſylvis, aquis, piſcationibus, venationibus, theloneis, nec non & detentione Filii dicti Ducis, & ſuper damnis illatis propter hoc hinc inde, ac rebus aliis ortæ fuiſſent, & per ea, quæ pro utralibet partium fuere propoſita, coram ſanctiſſimo Patre noſtro Innocentio Papa quarto, cum non fuiſſet facta ſuper his omnibus plena fides, idem ſanctiſſimus Pater & Dominus optans dictarum diſcordiarum fomitem extinguere, & diſcordes ipſos reducere ad concordiæ unitatem, nos ad partes illas tranſmiſit, datis nobis litteris in mandatis, ut prædictis partibus ad noſtram præſentiam vocatis, eas revocare ad concordiam ſollicite ac prudenter ſtuderemus. Nos igitur ad partes illas pro bono obedientiæ perſonaliter accedentes, dictisque partibus ad noſtram præ-

ſentiam evocatis, poſt proceſſus multiplices & tractatus tandem, Deo & nobis mediantibus, talis inter eos amica compoſitio intervenit. Videlicet quod præfati Vice-Magiſter & Fratres prædicti, Duci Pomeraniæ Swentopolco & heredibus ſuis, inſulam, quæ vocatur Nerei, & ſylvam in eadem inſula comprehenſam, nec non & harenas ſitas juxta eandem ſylvam, à flumine, quod Tuja vocatur usque ad locum, qui dicitur Camtzilkim cum piſcationibus marinis & venationibus in inſula ſupra dicta libere in perpetuum conceſſerunt habere & pacifice poſſidere. Præfatus vero Dux locum, in quo fuit caſtrum, quod vocabatur Pin, & omnes villas ſitas juxta villam, quæ vocabatur Culmen, quas dicti fratres conceſſerunt dicto duci quamdiu viveret poſſidendas, eisdem Vice-Magiſtro & Fratribus coram nobis libere reſignavit. Qui etiam Dux coram nobis promiſit & conceſſit, quod nec ipſe Dux, nec hæredes ejus accipient de coetero aliquod theolonium ſuper flumine quod Visla appellatur, per totum ſuum dominum & diſtrictum à ponte & ſupra. In ponte vero recipient theolonium conſuetum, ita tamen, rebus immediate ad ipſos Fratres pertinentibus nullo modo theolonium percipient ſed libere absque theolonio pertranſibunt. Conceſſit etiam eisdem Dux & promiſit, quod ipſe vel hæredes ejus in præ-vel hæredes ejus in prædicta Inſula, quæ Nerie vocatur, viam feris & beſtiis non præcludet, quin ad partem prædictorum Fratrum poſſint libere pertranſire. Conceſſit etiam res eorum in utroque littore Vislæ, absque impedimento aliquo applicare & habere liberum tranſitum & transductum. Et tam dictus Dux, quam Fratres prædicti conceſſerunt & acceptaverunt, quod profunditas Vislæ à Zantir ſupra ſit inter ipſos omnium inſularum terminus & terrarum. Conceſſerunt etiam & ad invicem ſibi promiſerunt, quod omnes captivi, quos ipſi tenent, libere abire permittent, & pro illis captivis, quos homines eorum in dominiis ſuis tenent, bona fide liberabunt, vel ut pro pretio redimant, & ubicunque fuerit alicujus ſervus inventus ſecundum jus terræ, in qua inventus, reſtituetur. De caſtro vero Wiſſegrode, quod ad præſens tenet Dux Cujaviæ & Lanciciæ Caſimirus, promiſit Dominus Dux Pomeraniæ Swentopolcus coram dicto Archi-Diacono, quod nihil petet, nihil requiret a fratribus ſupra dictis, & ipſi Fratres Duci Pomeraniæ promiſerunt, quod ſi illud caſtrum à dicto Duce requiſierint, ipſi Fratres dicto Caſimiro poſſeſſionis ſuæ titulum non dabunt, hoc tamen ſalvo, quod ſi per ſuperiorem aliqvem jurare ſuper hoc compellantur, liceat eis impune dicere veritatem, compromiſſione ſeu promiſſione hujusmodi edicti non obſtante. Et ut omnis fomes diſcordiæ inter partes easdem eſſet ſublatus, penitus & exemtive omnia damna, hinc inde illata, occaſione dictarum diſcordiarum coram nobis

nobis ſibi invicem remiſerunt, & firmiter promiſerunt, quod occaſione omnium diſcordiarum, quæ in præſentem usque diem inter ipſos quomodo libet contigerunt, una pars malum alterius non procurabit. De cœtero publice vel occulte, imo ſi ſciret una pars, quod malum alteri ab aliquo deberet provenire, illud pro poſſe impediet vel ſignificabit fideliter & prudenter, quod pars illa ſibi poſſit ſuper hoc præcavere. Præter hæc dictus Dux Pomeraniæ promiſit fideliter & expreſſe, quod neque cum Neophytis Prutenis, nec Paganis erit de cœtero fœderatus contra prædictos fratres domus Teutonicæ, vel quoscunque Chriſtianos nec eosdem Neophytos ſubtrahet ab obediendo Fratrum dominio auxilio & amore. Sane de futuris diſcordiis inter prædictas partes ſic condictum, eſt & conceſſum, ut qualiscunque inter ipſos, quod abſit, diſcordia in poſterum orietur, nequaquam ultra igne vel gladio proſequantur Jus ſuum, ſed una pars eliget unum bonum Virum, alia alium, & illi duo tertium, & in illos tres tanquam in arbitros compromittent ſub certa pœna in compromiſſo exprimenda, & ſi duo in electione tertii, vel tres in unam ſententiam non posſunt conſentire, tam Dux Pomeraniæ ſupra dictus, quam dicti fratres jura ſua cum caritate in Romana Curia perſequantur. Conceſſit præterea dictus Dux Pomeraniæ coram nobis, ſi ipſe non vult facere cum Domino Samborio fratre ſuo, & cum Domino Caſimiro, Duce Lanciciæ, & cum Dominis P. & D. fratribus ſuis, ducibus Poloniæ, compoſitionem amabilem vel ſtare Juri coram Judice competenti ſuper diſcordiis, quas habent contra ipſum dicti fratres, ſalva in omnibus iſta compoſitione & ſine facto; nec eosdem Duces contra ipſum Ducem Pomeraniæ de ſe & caſtris, rebus & hominibus ſuis licite poterint adjuvare, & ipſe Dux Pomeraniæ terram ipſam fratrum cum armis hoſtiliter propter hoc non intrabit. Et ipſe Vice-Magiſter & fratres ſimiliter promiſerunt, ut quamdiu Dux Pomeraniæ compoſitionem amicabilem, vel ſtare juri, ut dictum eſt, voluerit, cum prædictis ipſe Vice-Magiſter & Fratres præfatis Ducibus contra ipſum auxilium non præſtabunt. Prædictis ergo omnibus conceſſis in ipſis partibus, ut dictum eſt, & promiſſis frater Henricus Vice-Magiſter dictæ domus Teutonicorum in animam ſuam, & fratrum ſuorum, tactis ſacro-ſanctis reliquiis & victorioſiſſimo ſigno crucis. Et ipſe Dux, tactis eisdem reliquiis & latere crucifixi, in animam ſuam & ſucceſſorum ſuorum, coram nobis & multis aliis, ex deliberatione animi, ſolemniter juraverunt; quod omnia ſupra dicta & ſingula, ſicut ſupra dictum eſt, in perpetuum inviolabiliter obſervabunt; concedentes & per ſtipulationem ſibi ad invicem cum ſolemnitate debita promittentes, quod pars illa ex illis, quæ contra prædicta, vel aliquid ex promiſſis venerit, vel fe-

cerit in futurum 2000. Marcarum, parti alteri compoſitionem iſtam ſervanti, reddere & perſolvere teneatur, & nihilominus teneant & valeant ſupra dicta virtute præſtiti juramenti. Et quoniam ſupra dictus Dux Pomeraniæ literas præfatorum Fratrum, quas ei dederunt ſuper terram, quæ vocatur Lauſania, loco Caſtri Pin, quamdiu viveret poſſidendam, præ manibus non habebat; Idcirco eisdem renunciavit literis coram nobis, & promiſit ſe in poſterum illis non uſurum: Igitur ſupra dictis omnibus expeditis, præfati fratres & Vice-Magiſter Meſtwinum, filium dicti Ducis, quem obſidem tenuerunt, per 6. annos, eidem Duci Pomeraniæ Patri ſuo ſanum & incolumem reddiderunt, qui penitus liberatus, prædicta omnia conconceſſit & approbavit & rata habuit, & juravit, quod ea inviolabiliter, ſub pœna prædicta, in perpetuum obſervabit, nec per ſe, nec per alium veniet contra illa, vel aliquid ex præmiſſis. In quorum omnium teſtimonium & munimen, præſentes literas ſigillo noſtro & ſigillis Venerabilium Patrum N. Cujaviæ, & H. Culmenſ. Epiſcoporum, qui præſentes fuerunt omnibus ſupra dictis; nec non ſigillo dicti Ducis Pomeraniæ, & Fratris H. Vice-Magiſtri prædicti, ad petitionem dictarum partium fecimus roborari. Et quoniam dictus Dux S. Pomeraniæ aliud ſigillum rotundum, ut dicebat, habebat, quo in Curia Romana ſæpius erat uſus, & ad præſens illud ſigillum apud ſe non habebat. Idcirco idem Dux coram nobis & prædictis Epiſcopis recognovit, quod ſigillum ſuum, quod cum noſtro & aliis ante dictis præſentibus literis eſt ſubappenſum, ſuum verum & proprium eſt ſigillum, impreſſum in ſigillo aureo, quod in manibus ſuis in modum annuli portat. Et juravit coram nobis & Epiſcopis ſupra dictis, quod contra iſtud ſuum ſigillum, quod cum noſtro præſentibus literis eſt appenſum, nunquam excipiet, nec diffitebitur eſſe ſuum, imo conſtanter voluit & conſenſit, ut tantum robor & majus etiam habeat hoc ſigillum ſolum cum noſtro & aliis ſupradictis, quod ſi adjunctum eſſet illud ſigillum rotundum ſuperius memoratum; cum plus confideret, ut dicebat, de illo, quod ipſe, quam de eo, quod alius in ſua abſentia portat. Acta ſunt hæc in Harena juxta Inſulam Fabri, feria tertia poſt feſtum Clementis, Anno Domini 1248. menſe Novembris, Pontificatus Domini Innocentii Papæ 4. anno ejus 6.

2.

Suantopolci Confirmatio nova concordiæ 1248 *initæ.* 1253.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentem paginam inſpecturis. S. Dei gratia Dux Pomeraniæ ſalutem in Domino. Noverit Univerſitas Veſtra, quod nos pro reconcilationis fide, jam dudum inter nos

nos ex parte una, & religioſos viros, Magiſtrum & Fratres domus Teutonicorum in Pruſſia, ex altera mediante honorabili Viro, Magiſtro Jacobo Archi-Diacono Leodicenſ. nunc Lundun. Domini Papæ in Polonia & Pruſſia Legato, unita obſervanda promittimus, quod nos de cœtero univerſa & ſingula, quæ in ipſius Magiſtri Jacobi litteris, ſuper habitis diſcordiis confectis continentur, ſervabimus illibata, ſuper addentes illi pœnæ in literis prælibatis contentæ, quod ſi nos terram prædictorum Magiſtri & fratrum, cum centum viris equitibus, vel pluribus hoſtiliter invaſerimus, vel fœdus ſocietatis, occulte vel manifeſte, cum aliquibus paganis vel Chriſtianis inierimus contra ipſos, Caſtrum Dantxig & terra cum pertinentibus omnibus ad prædictorum fratrum dominium devolvatur, cedentes omni juri, quod in ipſis habere dignoſcimur vel habemus. Soluturi nihilominus 2000. Marcarum, quæ jam nomine pœnæ pro eo, quod compoſitionem inter nos initam non obſervaverimus, ſupra dictis fratribus ſolvere debebamus, quam pœnam pro bono pacis relaxarunt, ſi, ut prædiximus, compoſitionem inter nos initam, & ſub ſigillis autenticis conſignatam ſtuduerimus obſervare. Præterea omnes quæſtiones quæ in ipſis moveri poſſunt, ſuper damnis & injuriis, à quibuscunque perſonis, noſtri diſtrictus abſolvimus & promittimus, nos pro ipſis fratribus, ſi contra eos in judicio contendere quis voluerit, judicium ſubituros ac ſoluturos, quicquid ſententiatum fuerit contra eos, excepto eo, quod ſi Dominus Epiſcopus Cujavienſis ſuper aliquibus articulis voluerit contendere, ipſi fratres pro ſe reſpondebunt & faciant, quod de Jure ſit faciendum. Fratres vero ſupra dicti ſimiliter ab omnibus impetitionibus eorum diſtrictivis abſolvere nos promiſerunt. Acta ſunt hæc coram filio meo Meſtwino, eo conſentiente & nobiſcum jurante, ſe ſervaturum ſingula ſupra dicta, Primislao Palatino, Swetzo Pantino Pincerna, item Dapifero, Caſtrone, Paulo militibus & pluribus aliis præſentibus. In Harena juxta inſulam fabri. Anno Domini 1253. tertio Kalend. Auguſti. In die Sanctorum Abdon &c.

3.

Samborii, Ducis Pomeraniæ donatio fratribus Ordinis Tentonici facta. A. 1276.

Univerſis, Chriſti Fidelibus, tam præſentibus qvam futuris, præſentem paginam inſpecturis, *Samborius* Dei gratia Dux Pomeraniæ Salutem in omnium Salvatore. Quoniam univerſorum Creatori non poſſumus ſollicitudine debita deſervire, nec ipſius benignitati, qvotidianis nos ſupplicationibus commendare, ſaluberrimum arbitramur illis Eleemoſynarum præbere ſubſidia, qui

Digitized by Google

in Dei ſervitio, devotis orationibus, ceteriſque ſpiritualibus exercitiis ſuccincti baltheo militiæ Ieſu Chriſti ſtrenue occupantur. Ad notitiam igitur univerſorum cupimus devenire, quod nos terram noſtram Wenzeke, alio nomine vocatam Meweiſt, & terras adjacentes diſtinctas ſub terminis infra ſcriptis, ob honorem & reverentiam Ieſu Chriſti, ac ipſius Matris Virginis glorioſæ, pro auimæ noſtræ remedio & ſalute, Hoſpitali Domui ac Ordini Domus Teut. damus, conferimus ac tradimus, in manus fratris Conradi de Thierberch Magiſtri Pruſſiæ, in veram ac puram Eleemoſynam perpetuo poſſidendam, quarum terminos ſic duximus diſtingvendos: Primus terminus eſt à Weriſſa, ubi Wislam influit, deſcendendo inferius circa Wislam, ad villam Roſſizina & villam eandem cum terra adjacente, usque ad vallem Garzeke, & ab illo directe usque ad Villam Monachorum Raychowe, & ab eadem directe usqve ad Veriſſam, & ab illa directe aſcendendo usque ad caſtrum Staregarde, & à ponte ibidem tranſeunte Veriſſam & publicam ſtratam, quæ tendit verſus Sweze, usque Granizam Timon. & ab illo usque Wangremiza & eandem aquam & terram inferius deſcendendo usque Veriſſam, ubi Wislam influit, in primo termino ſupra ſcripto; omnia hæc prædicta bona libere & ſine omni onere cum omnibus ſuis pertinentiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſylvis, nemoribus, ſaltibus, paludibus, ſtagnis, piſcariis, caſtoribus ac omnibus venationibus, quarumcunque terrarum cum fluvio Wisla & aliis fluviis, aqvis aquarumque decurſibus, navigiis, paſſagiis, pontibus, molendinis, inſulis, foris, monetis, theloneis, terrarum & aqvarum, montibus, vallibus, viis & inviis, auri argentique fodinis, & omne genus æris, ſive metalli ac gemmarum, fontes, vel venas ſalis, & quicquid omnino in terra vel ſupra terram, ſeu in aquis inventum fuerit, cum omni utilitate, quæ nunc eſt, vel in poſterum apparebit, ſub prædictis terminis, in longum, latum & profundum, cum omni jurisdictione, judicio & diſtrictu, quo nos eadem poſſedimus, nec advocatia, vel ullo prorſus jure, vel obſeqvio quocunque nomine cenſeatur, nobis vel noſtris hæredibus in eisdem reſervatis, omne plenum & integrum jus proprietatis & poſſeſſionis præfatorum bonorum, in Hoſpitale, Domum & Ordinem antedictorum fratrum, cum vero rerum dominio, transferentes. Præterea de Decimis Wladislavienſ. Eccleſiæ prædictis fratres de bonis ſupra dictis, ſicut & totam Terram noſtram exſolvimus perſolvendis, pleno jure, quo nos gaudemus in eisdem liberos eſſe volumus & exemptos, cœterum ſi eosdem fratres ſuper prædictis bonis qvispiam impetierit, vel aliquod jus ſibi uſurpare præſumpſerit, ac etiam evincere acceptaverit, de evictione cautionem eis firmiter

præſen-

Digitized by Google

præſentibus pollicemur. In hujus rei teſtimonium & perpetuam firmitatem ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Hujus rei teſtes ſunt Dominus Wernherus, Epiſcopus Culmenſis, frater Ludolphus Ordinis Ciſtercienſis Abbas in novo Dobran, frater Stanislaus, Ordinis Prædicatorum Prior in Elbingen, frater Conradus de Tierbergk, Marſchalcus Pruſſiæ, frater Bertoldus, Commendator provincialis terræ Culmenſis, frater Helboldus, Commendator in Elbingen, frater Hermannus de Schonenberg, Commendator in Chriſtburg, frater Manegoldus, Commendator in Königsberg, frater Fridericus de Holdenſteten, Commendator Nathangiæ, frater Diedericus, Commendator in Balga, frater Didericus, Commendator in Santiro, frater Albertus de Ipillensdorff, Commendator in Thorun. frater Arnoldus Crop, Commendator in Birgelow, frater Henricus de Wilnowe, frater Engelhardus, frater Synndoldus, Dominus Gerhardus Plebanus in Culmine, Dominus Ludolphus Plebanus in Thorun. Dominus Gotfridus Plebanus in Elbingen, Marckt Heintze de Eſſede, Ioannes de Hadersleve, Conſules in Elbingen, Ludeke de Brunſchweig, Kuntz in Hobenburg, Henricus de Neuenburg, Civis in Lübecke. Datum in Elbingen, anno Domini 1276. quarto Kalend. Aprilis.

4.

Confirmatio Rudolphi Imperatoris, ſuper donationem Ducum Pomeraniæ, Ordini Teutonico factam. A. 1276.

Rudolphus, Dei gratiæ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Univerſis S. Romani Imperii fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Cum perſonis Eccleſiaſticis, locisque Deo dicatis qvid honoris & gratiæ impenditur, & præſentis vitæ ſolatia & futuræ beatudinis præmia impendenti apud largitorem ſupremum, bonorum omnium datorem optimum ex impenſo largitatis munire reſpectum gratiæ gratioſæ multiplicis boni fructum, tam in præſenti ſeculo quam futuro credimus, imo certum gerimus provenire. Id attendens noſtra Serenitas, preces religioſorum Virorum, fratrum domus Teut. ſuper confirmationem Privilegiorum eorundem, & donationem bonorum quorundam in Partibus terræ Pomeraniæ liberaliter duximus admittendas, habentes igitur gratam & ratam donationem ſive collationem Caſtrorum, Terrarum, poſſeſſionum & Iurium, dictis Fratribus ab Illuſtribus Principibus Meſtvino *Duce Pomeraniæ, &* Ratiboro *ipſius Ducis conſangvineo, pro ſuarum ac Parentum ſuorum animarum remedio traditorum, donationem ipſam, cum omnibus ſupra dictis poſſeſſionibus, caſtris, terris & juribus auctoritatis noſtræ munimine confirmamus. Privilegia quoque dictis fratri-*

fratribus ſuper his tradita, robur obtinere volumus firmitatis. Nulli ergo omnino homini liceat hanc noſtram conceſſionis gratiam infringere, aut ei auſu temerario contraire. Quod qui facere præſumpſerit, gravem noſtræ Majeſtatis offenſam ſe noverit incurriſſe. Datum Bopardiæ. 4. Kalend. Aprilis Indictione quarta Anno Domini 1276. Regni vero noſtri anni tertio.

5.

Transactio inter Meſtwinum Ducem Pomeraniæ, & fratres Ordinis Teutonici, de A. 1282.

Univerſis præſentes literas inſpecturis, Philippus miſeratione divina Firmanenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus. Salutem in omnium Salvatore. Noverit univerſitas Veſtra, quod cum inter nobilem virum *Meſtvinum*, Dei gratia Ducem Pomeraniæ ex una parte, & religioſos viros, Magiſtrum & fratres domus S. Mariæ Teutonicæ Ieroſol. Pruſſiæ, ex altera, jamdudum ſuper quibusdam poſſeſſionibus, prædiis, honoribus, Iurisdictionibus ac aliis bonis, & Iuribus, quæ Magiſter & fratres jam dicti in terra ſive Ducatu ejusdem Ducis ad ſe de jure ſpectare dicebant, multarum quæſtionum & litium fuiſſet exorta materia, per quam non ſolum Magiſtro & fratribus ac Duci prædictis, verum etiam fidei Chriſtianæ, & habitatoribus partium prædictarum, multa damna, graviaque pericula & ſcandala poterant veriſimiliter evenire, poſt plures monitiones & citationes, ad petitionem & inſtantiam dictorum fratrum, ſuper poſſeſſionibus, prædiis, juribus & honoribus ante dictis autoritate noſtra emiſſas & factas, Magiſter & fratres ac Dux præfati inter ſe de compoſitione habuere tractatum. Qvi tamen nobis mediantibus, ad infra ſcriptam compoſitionem, transactionem & concordiam pervenerunt, videlicet, qvod idem Dux eisdem Magiſtro, fratribus, ac domui S. Mariæ Teut. de Pruſſia, in manus religioſi viri, fratris *Manegoldi* Magiſtri Pruſſiæ & Livoniæ ſupra dicti, recipientis nomine ſuo, ac nomine prædictorum fratrum & domus, in veram proprietatem Jus atque dominium, transactionis nomine, contulit, reſignavit, reliquit dedit & ceſſit, totam terram *Venzere* vulgariter dictam, quæ *Meve* alio nomine nuncupatur, prout extenditur & diſtinguitur terminis & limitibus infra ſcriptis, exceptis & reſervatis poſſeſſionibus & juribus, quas Monaſterium de Oliva ordinis Ciſtercienſis habet, tenet & poſſidet, infra confines prædictos, quas poſſeſſiones & jura idem Dux voluit eidem monaſterio, prout ad ipſum pertinent remanere. Primus quidem terminus eſt à Veriſſa, ubi Viſlam influit, inferius deſcendendo Viſlam ad villam Roſizina, ac villam eandem cum terra

ſibi

ſibi adjacente, usque ad vallum ſeu locum Caſtri Garzeke nominati, & a loco illo directe usqve ad villam Monachorum Raichove' & ab alia villa directe usque ad præfatam Veriſſam, & ab alia directe aſcendendo usque ad caſtrum, qvod dicitur Staregarde, & à ponte ibidem tranſeunte, Veriſſam & publicam ſtratam, quæ tendit verſus Sweze, usque ad Granicam ſive metam Timowe, & ab illo loco vsque Wangromadize, & eandem aqvam & terram inferius deſcendendo usque Veriſſam, ubi Wislam influit, in primo termino ſupra dicto. Et quoniam, ut dicebatur, eisdem Magiſtro & fratribus in Ducatum Svecenſem & Nuenburgk & Timove, occaſione cujusdam donationis eis factæ per Ducem eundem, de prædictis bonis, ac etiam de qvadam parte Pomeraniæ, quæ ad eosdem fratres devoluta fuerat, ut dicebant ex collatione quadam Ratiborii, Patrui dicti Ducis, qvi per ingreſſum religionis eorundem fratrum ſe & ſua, Deo & ipſi domui S. Mariæ dedicaverant, actio competebat, præfatus Dux transactionis nomine Magiſtro fratribus & domui ſupradictis in jus & veram proprietatem contulit, tradidit & dedit, atque ad terram & conceſſiones ac reſignationes prædictas addidit quandam villam, Medilanze vulgariter dictam cum Granziis ſive terminis ſubnotatis. Primus terminus eſt à villa Roſizina Wislam deſcendendo usque Slantzam & ab eo loco ad locum Caſtri Garzeke; item eodem modo contulit, tradidit & donavit ipſis Magiſtro, fratribus & domui ſupra dictis, aqvas videlicet, majorem & minorem Kabell cum inſula interclusa. Item ſimili modo, contulit, tradidit & donavit, eisdem omnia bona ſita inter Villam Lichtenove & Miloradesdorp. Item ut ſupra contulit donavit & tradidit Magiſtro, fratribus domui ſupra dictis, duas aqvas, videlicet Olſchiza & Barſitza cum fluentibus & omnibus utilitatibus eorundem, contulit etiam & donavit Dux præfatus eisdem in Neria à Grancia ſive termino eorum aſcendendo juxta mare ſalſum, verſus Gdansk, in longitudine Nerie per transverſum, prædicta namque omnia bona libere & ſine omni onere cum omnibus ſuis pertinentiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, nemoribus, ſaltibus, ſalicetis, paludibus, ſtagnis, piſcariis, caſtoribus, atque omnibus venationibus, quarumcunque ferarum, in fluvio Wisla & aliis fluviis, aquis aquarumque decurſibus, navigiis, paſſagiis, pontibus, molendinis, inſulis, foris, monetis, paſſagiis, theloneis terrarum & aquarum, montibus, vallibus, viis & inviis, auri argentique fodinis, & omne genus æris ſive metalli aut gemmarum, fontes vel venas ſalis, & quicquid omnino in terra, vel ſupra terram, aut in aquis inventum fuerit, cum omni utilitate, quæ nunc eſt, vel in poſterum erit, quæ nunc apparet vel in poſterum apparebit, ſub eisdem terminis

in longum, latum atque profundum, cum omni Iure, Iurisdictione, honore ſeu judicio atque diſtrictu. Idem Dux contulit, tradidit, dedit & ceſſit, Magiſtro, fratribus & domui ſupra dictis in perpetuam proprietatem & generale dominium nullis juribus, honoribus, jurisdictione ſeu obſeqviis, aut ſervitutibus, quibuscunque nominibus cenſeantur, ſibi vel hæredibus aut ſucceſſoribus ſuis in prædictis vel eorum aliquo reſervatis. Promiſit & aſſumpſit etiam Dux præfatus abſolvere & expedire, omnia bona prædicta à ſolutione & præſtatione decimæ cujuscunque & ab omni impetitione & exactione hæredum ſuorum, ac aliarum perſonarum & Clericorum ſecularium ſeu religioſorum, ipſos fratres & terram facere liberos & immunes. Prædicti quoque Magiſter & fratres verſa vice conceſſerunt & pariter conſenſerunt Duci præfato, quod homines ſui piſcari poſſint in eorum recenti mari, cum retibus, quæ Nywoch & Storcknetze vulgariter appellantur, à Campenkne ſub Neria deſcendendo verſus Lypam, unum milliare in longitudine & à Neria usque ad medium recentis maris. Veruntamen magna retia, quæ Lancken vulgariter dicuntur, nullatenus ibi ponent, nec aqvas ſupra dictas, qvas memoratus Dux fratribus contulit ut ſupra & tradidit ſæpe dictis hujusmodi retibus aliquatenus præoccupabunt. Promiſerunt etiam dicti Magiſter & fratres omnia Privilegia, qvæ ab ipſo Duce M. vel patruis ejus, ſeu quibuscunque aliis habent, & obtinent, ſuper terris, poſſeſſionibus, prædiis & juribus, quæ dictus Dux detinet ſeu habet, vel quæ ipſius nomine detinentur aut habentur, privilegio Ducis quondam Samborii de terra, vel ſupra terra, quoniam dictis, Magiſtro, fratribus & domui contulit, tradidit, reſignavit & dedit idem Samborius, duntaxat excepto quod Privilegium penes fratres eosdem pro ſua debet remanere cautela, in noſtris manibus libere reſignare, hac expreſſe conditione adjecta quod poſtquam præfatus Dux M. liberam & expeditam poſſeſſionem omnium prædictorum Magiſtro, fratribus & domui tradiderit ſupra dictis, quorum poſſeſſionem infra ſcripto modo tradere aſſumpſit atque promiſit, deſertorum ſcilicet & eorum, quæ in ejusdem Ducis libera poteſtate, proprietate & poſſeſſione conſiſtunt usque ad 14. dies à præſentium data, & aliorum omnium usque ad kalendas Auguſti ſive feſtum beati Petri ad vincula proxime venturum, ex tunc nos eadem privilegia præfato Duci, vel ſuo certo procuratori, ſeu nuncio aut cui mandaverit, aſſignare ſeu reſignare, aut dare & reſtituere debeamus. Præfati quoque Dux, pro ſe & nomine ſuo ac hæredibus & ſucceſſoribus ſuis, & Magiſter præfatus, ac frater Conradus de Thierenberg, Marſchalcus Pruſſiæ, pro ſe & fratribus ac domo prædictis & ſucceſſoribus eorundem ſe & omnia bona ſua, ſub pœna mille marcarum auri puri expreſſius

obliga-

obligarunt, ad omnia & ſingula ſupra dicta facienda, implenda ac inviolabiliter obſervanda, quæ pœna mille marcarum auri totiens comitari, peti ac exigi poſſit cum effectu, quotiens per alterutram partium contra factum fuerit, in prædictis, vel aliquo prædictorum, ſeu ea impleta non fuerint & ſervata, ut ſuperius continetur. Et ejus quidem pœnæ medietas Eccleſiæ Romanæ, reliqua verò medietas cedat parti ſervanti prædicta, ipſaque pœna à parte non ſervante ſeu violante præmiſſa ſolvatur. Qva pœna ſoluta vel non ſoluta, contractus compoſitionis & transactionis hujusmodi in ſuo ſtatu & robore perſeverat. Et nihilomnius præfati, Dux, Magiſter & Marſchalcus ſe ad præmiſſorum impletionem & obſervantiam ſub pœna excommunicationis, quam ipſo facto, Ipſi Dux hæredes ac Succeſſores ejusdem, nec non Marſchalcus ac Præceptores dictæ domus in Pruſſia, qui nunc ſunt vel pro tempore fuerint, incurrant, ſi contra fecerint, vel non ſervarint ſupra dicta ſpecialiter & expreſſius adſtrinxerunt. Ad majorem autem prædictorum omnium firmitatem, præfatus Dux pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis, cum Andrea, Caſtellano ſuo in Gdantzk & Magiſter & Marſchalcus prædicti pro ſe & in animabus ſuis ac fratrum prædictorum, tactis corporaliter ſacro ſanctis Evangeliis juraverunt, & inter ſe mutuo ſolenni ſtipulatione interpoſita, promiſerunt prædicta omnia & ſingula, ut ſuperius annotantur, implere, & perpetuo inviolabiliter obſervare, nec ullo unquam tempore contra ea facere, vel modo aliquo ſeu cauſa venire. In quorum omnium teſtimonium & perpetui roboris firmitatem, Nos prædictus Legatus ſupra ſcriptas literas per infra ſcriptum Philippum Notarium noſtrum, noſtro & præfati, Dux & Magiſter ac Marſchalcus, ſuis ſigillis fecimus communiri. Datum & actum apud caſtrum Militz, Wrath. diœceſis, An. Domini 1282. Indictione decima, die decimo octavo Menſis Maji, Pontificatus Domini Martini Papæ quarti anno ſecundo. Præſentibus, Venerabili Patre Domino Thoma Epiſcopo Wrath. & diſcretis Viris, Magiſtro Simone Præpoſito Opolien: Fratre Ioanne Abbate Monaſterii de Oliva, ordinis Ciſterc. Wladislavien. diœceſis, fratre Lipoldo Priore domus Sancti Spiritus de Vienna, magiſtro Antonio Archi-Presbytero Firman. & Canonico Wrath. fratre Goslao, quondam Provinciali priori & fratre Petro Lectore Ordinis fratrum prædicatorum de Wrath. Nicolao de Regio, Rectore Eccleſiæ de Winn, Wrath. diœceſis, Luca Iaurem. & Alben. Can. de Ungaria, Paulo Caſtellano in Sweze Wlad: diœceſis & Antonio de Laude notario, ac pluribus aliis teſtibus ad hoc vocatis & rogatis. Et ego Philippus de Flechis de Cramonia, publicus tam Sacro Sanctæ Romanæ Sedis, quam Imperiali autoritate Notarius, prædictis

Digitized by Google

interſui, & de mandato præfati Reverendi Patris Domini Legati ſupra ſcriptas literas ſcripſi, publicavi, me ſubſcripſi, meoqve conſveto ſigno ſignavi rogatus &c.

6.

MARTINI PAPÆ, Confirmatio Concordiæ Ducis Pomer. Meſtwini, cum Ordine Teutonico. 1282.

Martinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, Magiſtro & fratribus domus Sanctæ Mariæ Theutonicorum Jeruſalimitan. in Pruſcia. Salutem & Apoſtolicam benedictonem. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri, ad debitum perducatur effectum. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod cum olim inter vos, ex parte vna, & nobilem virum Meſtwinum, Ducem Pomeraniæ, ſuper quibusdam poſſeſſionibus, honoribus, jurisdictonibus, juribus & rebus alliis ad vos ſpectantibus ex altera, orta eſſet materia quæſtionis, tandem ſuper iis, mediante venerabili fratre noſtro Philippo, Firmiano Epiſcopo, tunc in illis partibus Apoſtolicæ ſedis Legato, amicabilis inter partes compoſitio intervenit: prout in patentibus literis inde confectis, veſtro, ac Epiſcopi & Ducis prædictorum ſigillis ſignatis, plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, compoſitionem hujusmodi, ſicut rite, ſine pravitate provide facta eſt, & ab utraque parte ſponte recepta, & hactenus pacifice obſervata, ratam & gratam habentes, eam auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumſerit, indignationem omnipotentis DEI & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. apud Montem Fiaſconum. VIII. Id. Novembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

7.

Venditio Partis Pomeraniæ, Ordini facta. 1310.

Nos WOLDEMARUS DEI gratia Brandenburgenſis, Luſacenſis, ac Lanotsbergenſis Marchio, Tutorque Johannis inclyti Marchionis Brandenburgenſis, ad notitiam univerſorum præſentium & futurorum devenire cupimus, quod nos de noſtrorum conſiliariorum ſano conſilio & conſenſu ac matura deliberatione præhabita, religioſis ac honeſtis viris, fratri Siffrido de Feuchtwang, hoſpitalis S. Mariæ Jeroſolymit. Theuton. Magiſtro Generali, ac fratribus ejusdem

Digitized by Google

ejusdem ſacræ profeſſionis in Pruſſia, partem terræ Pomeraniæ, nimirum caſtra & civitates Gdantzk, Dirſaviam atque Swetzam, nec non omnem terram circumjacentem, quæ ad dicta caſtra ab antiquo pertinebat, pro marcis decem millibus Bradenburgenſis argenti & ponderis pure, rite ac rationabiliter vendidimus, cum caſtris, caſtellis, villis, theloneis, vectigalibus, foris, cum agris cultis & incultis, viis, inviis, pratis, paſcuis, ſylvis, nemoribus, lacubus, paludibus, venationibus, piſcationibus, burris, mellificinis, cum utilitate & fructibus, qui de dicta terra in præſentiarum percipi poterunt in iis, quæ ſuper terram humano ſe repreſentant conſpectui. Aut qui percipiendi ſub terra futuro tempore apparebunt, videlicet in ſale, ferro, plumbo, cupro, argento, auro, ac in cujuslibet generis metallo, quocunque nomine cenſeatur, ſi in ea quomodolibet poterunt reperiri, cum omni domino, jure & judicio, quo noſtri progenitores præfatam terram, imperiali auctoritate quondam habuerunt & nos eadem auctoritate hactenus habuimus, perpetuo libere poſſidendam. Metas verò dictæ terræ, territorium ac diſtrictum Caſtri, dicti Stolp, attingentis, ſic duximus diſtinguendas, incipiendo à loco, in quo fluvius, Leba dictus, influit ſalſum mare, eundemque aſcendendo, quousque perveniatur ad quercum Ducis, ab eo procedendo ad villam dictam Malecitz. Deinde usque in villam Onezino dictam, ab hac ulterius ad villam Oskava nominatam, ab hac usque ad villam Goluskina vocatam. Quæ villæ omnes, cum ſuis campis, quos ab antiquo poſſederant, Magiſtro & fratribus prædictis pertinebunt. De prædicta verò villa Goluskina procedendo ad locum, qui Warnawa Woda vulgariter vocatur, ab hoc ulterius procedendo ad montes dictos Weski, ab iis ad lacum dictum Lanki, deinde ad lacus & paludes, quæ vocantur Wolza, deinde ad collem, qui vocatur Bobelze, in quo quondam caſtrum fuerat. Poſt hæc ad fluvium dictum Rewditz, ulterius procedendo, in quo metæ hujusmodi terminantur. Metas verò reliquas ejusdem terræ ſic venditæ, terram Cujaviæ ac Poloniæ attingentis ſic permanere volumus, quemadmodum antiquitus ſunt diſtinctæ. Prædictam terram præfatis, Magiſtro & fratribus voluntarie reſignamus, ipſosque in poſſeſſionem ejusdem quietatem & pacificam inducentes, promittentesque & obligantes nos, Magiſtro & fratribus ante dictis, quod proprietatem terræ jam dictæ, quam Jure Feudi imperiali auctoritate habuimus reſignari eisdem à Sereniſſimo Domino, Romanorum Rege obtinebimus, & confirmari procurabimus, noſtris ſumtibus, laboribus & expenſis. Renunciantes nihilominus pro nobis, ac pro Johanne inclyto Marchione Brandenburgenſi memorato, cujus tutor exiſtimus, ac pro noſtris ſuisque hæredibus ac ſucceſſoribus legitimis omni actioni

ac impetitioni, quæ nobis in poſterum quocunque jure, quovis quæſito colore in terra poſſet competere ſupradicta. Univerſa inſuper privilegia ac inſtrumenta nobis noſtrisque progenitoribus ſuper dicta terra tam à ſereniſſimis Romanorum Regibus quàm à Rege Bohemiæ, aut à quocunque alio collata, poſt obtentam confirmationem ſuper proprietate dictæ terræ, ut eſt dictum, præfatis Magiſtro & fratribus nos promiſſo adſtringimus reſignare. De prædicta vero pecuniæ ſumma nobis per ſæpe dictos Magiſtrum & fratres, marcas quinquies mille Brandenburgenſis argenti & ponderis ponderatas ſolutas recognoſcimus integre & paratas, ipſasque tum in noſtros, quàm inclyti Johannis Marchionis Brandenburgenſis ante dicti ſæpius, eſſe converſas præſentibus proteſtamur. Partem verò reſiduam pecuniæ prius dictæ, ſæpe dicti Magiſter & fratres nobis ſolvere minime tenebuntur, quosque dictæ emptionis contractum atque proprietatem terræ ſæpius nominatæ à Sereniſſimo Domino Romanorum Rege, pluries ante dicto obtinebimus confirmari, quemadmodum ſuperius eſt expreſſum. Porro ſi ſuper proprietate dictæ terræ confirmationem impetraverimus infra annum, ex tunc nominati Magiſter & fratres à feſto Pentecoſtes jam præterito ad annum reſiduum pecuniam nobis ſolvere tenebuntur. Verùm ſi caſu aliquo ſeu impedimento interveniente, quod abſit, confirmationem eandem impetrare poſſemus, nullatenus infra annum & poſt per aliquod temporis intervallum ipſam obtinuerimus, & Magiſtro ac fratribus id notum fecerimus, ex tunc ipſi ad ſolvendam nobis ante fatam pecuniam reſiduam à tempore notitiæ ad dimidium anni ſpatium ſunt adſtricti. Et ſuper hæc omnia ſi nos ex permiſſione divina diem claudere contingeret, extremum naturæ debitum perſolventes. extunc pecunia, quæ adhuc reſtat ſolvenda ad Johannem inclytum Marchionem Brandenburgenſem, ſucceſſione hæreditaria devolvetur, ita tamen, quod idem univerſa & ſingula, quæ ſuperius ſunt diſtincta tenebitur adimplere. Ut autem hæc omnia rata perveniant ac inviolabilia perpetuo tempore perſeverent, præſens ſcriptum ſuper his confectum noſtri ſigilli appenſione duximus roborandum. Acta ſunt hæc in Stolp, præſentibus teſtibus idoneis infra ſcriptis, nimirum Domino Burchardo de Lindowe, Domino Gunthero de Alversleve, Goberto dicto Romelow, Nicolao de Buck, Droyſecone, militibus & pluribus Viris aliis fide dignis. Anno Dominicæ Incarnationis 1310. Pridie Junii, Indictione tertia.

8.

Caſimiri, Regis Poloniæ Conventio cum Ordine Teutonico de Pomerania.

Caſimirus Dei gratia Rex Poloniæ. Univerſis & ſingulis præſentium notitiam habituris, ſalutem & rei geſtæ noſcere veritatem, dudum

dudum de ſtatu Regni noſtri pacifico crebra meditatione revera ſolliciti, circa ſtabile bonum concordiæ inter Nos ex una, & Reverendos & religioſos viros, Ludolphum König, *Magiſtrum generalem & fratres Ordinis B. Mariæ Teuton. Jeroſolimitanæ, parte ex altera, eo quod ex ipſius votiva ſolidatione tanto major permittitur ſecuritas, quanto gravius jacturæ diſcrimen ex diſcordiæ præparari deſidio providemus. Inter alia igitur votis noſtris accommoda, ſalutarem concordiæ unionem perpetuam cum dictis venerandis Viris, Magiſtro & fratribus & toto ordine, ac ipſorum ſubditis deſiderabiliter affectamus, ut noſtro felici tempore regnum noſtrum rediviva quiete refloreat, & poſt diras longasque calamitates hoſtiles, anguſtias & eximias bellicæ turbinis tempeſtates, in portu tranquillitatis & pacis pulchritudine conquieſcat. Ideoque noverit præſens ætas & ſucceſſura poſteritas, quod nos pro nobis, hæredibus noſtris & ſucceſſoribus univerſis & omnibus incolis regni noſtri, tam ſublimibus, quam aliis facimus pacem perpetuam, finem, remiſſionem atque concordiam perpetuis futuris temporibus, irrefragabiliter duraturam, de omnibus injuriis, maleficiis, offenſis, contumeliis, damnis & jurgiis, dicto vel facto illatis, viciſſim ab una parte alteri promittentes, fide corporaliter præſtiti juramenti, quod prædictam pacem, finem, remiſſionem atque concordiam perpetuo firmam, gratam & ratam habebimus, tenebimus & obſervabimus, nec unquam contraveniemus per nos vel alios aliqua ratione vel cauſa de jure vel de facto, publice vel occulte, fraude & dolo penitus procul motis, præterea quia ad unius voti propoſitum conveniemus altiſſimo inſpirante, ideo ex benigna noſtra proviſione, quæ perpetuationem & ſtabilitatem eorundem venerabilium & religioſorum Virorum, Magiſtri & fratrum Ordinis prædictorum, ipſorumque libertatum, immunitatum, privilegiorum & gratiarum votive amplectitur donationem terræ Culmenſis, & Caſtri Neſſow & Curiarum Orlaw & Ogorin cum ſuis juribus, libertatibus, utilitatibus, metis, gradibus & pertinentiis univerſis, & alia bona ac poſſeſſiones, quæ & quas de jure ante motam guerram, iidem magiſter & fratres rite & rationabiliter poſſederunt, & ſpecialiter terram Michilovien, quo modo & jure, quibus eam ab illuſtribus Cujaviæ Ducibus hactenus poſſederunt, ratificamus & præſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Et licet additioni plenitudo non egeat, roboratur tamen interdum, quod per ſe firmitatem obtinet, vi roborantis affectus clareat, & ut beneficium cautelæ abundationis accedat, unde ut ceſſet in antea omnis actionis, impetitionis & querimoniæ occaſio, quas nos vel noſtri hæredes aut ſucceſſores univerſi ad terras Pomeraniæ, Culmen. aut Micholoviæ, ſeu earum quamlibet partem, ſive jure hæreditario devoluto, ſeu alio jure quocunque, à conſuetudine quacunque, ex*

nunc

Digitized by Google

nunc haberemus, ſive habere in futurum poſſemus, renunciantes eisdem & quibuslibet eorum expreſſe præſentibus pure, ſimpliciter & in totum. Renunciantes inſuper ſponte & expreſſe, tam nos Caſimirus Rex Poloniæ, quam inclyta Domina Adelheit, ejusdem Regni Regina, conthoralis noſtra legitima, communicata manu, pari conſenſu & unanimi voluntate pro nobis, noſtrisque hæredibus & ſucceſſoribus univerſis, exceptioni doli mali in factum actioni beneficio reſtitutionis in integrum, conſtitutioni & conſuetudini cuilibet contrariæ, literis & indulgentiis Apoſtolicis, Imperialibus ſeu à Romanis Regibus impetratis, omnisque Juris Canonici vel Civilis auxilio, per quod nobis & conthorali noſtræ prælibatæ, ſeu hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, poſſet aliquo modo ſuſtragari, Magiſtro vero & fratribus ſeu etiam ipſi Ordini præjudicium quomodolibet gravari in præmiſſis & quolibet præmiſſorum; promittimus etiam inſuper non inferre Magiſtro & fratribus prædictis in rebus ſeu perſonis eorum injurias violentas. Coeterum renunciamus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris univerſis titulo Ducatus terræ Pomeraniæ, prædictæ, qui ex nunc ſigillo majori eſt impreſſus, promittentes eundem titulum quoad Ducatum terræ Pomeraniæ dicto ſigillo deponere, nec unquam ullo tempore eundem titulum reſumere, nec eo uti, nec nos nec noſtri ſucceſſores ullo unquam tempore in futurum in literis vel ſigillis. In quorum omnium evidentiam præſentes ſcribi & noſtri ſigilli munimine juſſimus roborari. Datum Kalis, die B. Chriſtiani, Matyris & ejus ſociorum, anno Domini 1343. præſentibus his teſtibus, Venerabili in Chriſto Patre ac Domino, Domino Jaroslao, S. Gnesnenſis eccleſiæ Archiepiſcopo, Nicolao Palatino, Januſio Caſtellano Kaliſienſi, Iwone Præpoſito Gnesnenſi, Jarando Capitaneó, Wenceslao Caſtellano Siradienſi, & aliis multis fide dignis.

II.

Anzeichnungen eines Pudglaſchen Mönchen *Hermanni de Luneborch.*

Dieſen Artikel veranlaſſet eine in dieſem 1755 Jahr von dem Herrn Rath und Prof. zu Lüneburg, Joh. Ludw. Lev. Gebhardi auf 1 Alph. in 4. ausgefertigte nette Schrift: De re Litteraria Coenobii S. Michaelis in Vrbe Luneburga; bey deren Durchſicht, auſſer verſchiedenen andern ſehr ſchönen Anecdoten, mir die von obigem Bruder Herrmann ins Auge fiel.

Der

Der Herr Verfaſſer erzählet S. 77. u. f. die geſchriebenen Codices, die als Denkmale des Alterthums in dem Kloſter aufbehalten, und entweder alda verfaſſet, oder anderswoher dahin gekommen ſind. Unter den letzteren iſt ein von obigem Mönchen in dem Pommerſchen Kloſter Pudgla abgeſchriebener Coder. Dieſer Herrmann war ein Kloſter-Bruder in Hilgenthal, mußte aber, dem Päbſtlichen Bannſpruch über die Lüneburgiſche Lande zu folge, daſſelbe 1454 verlaſſen und nach Pommern in das genannte Kloſter flüchten. In dieſem ſeinem Exilio ſchrieb er einen groſſen Band zuſammen, der in Auszügen aus dem Auguſtinus, Thomas von Aquino, und der groſſen Poſtill Jordani beſtand; brachte denſelben, da das Ungewitter in Lüneburg vorüber war, als ein Zeichen ſeines auswärtigen Fleiſſes mit, und ſchenkte oder verkaufte ihn dem Kloſter zu St. Michael, alwo er bis jetzo aufbehalten iſt. Drey Merkwürdigkeiten findet Herr Gebhardi daraus aufzuführen.

Illud utique ad plures civitates, in Anteriore Pom. ad Stetinum in meditullio quaſi poſitum metrepolin inclytam, Stargardiam itidem famoſſimam, Colbergam, Coslinum, Golnoviam, Gryphebergam, Treptoam, Rügenwaldum, Piritzium, Neogardum, & inferioris notæ oppida, & ad occidentalem Pom. referendum, dictum puta. Gaude Pomerania, de tantis Donis, divinitus conceſſis; letare in Domino & thuribula gratiarum ad thronum ſupremum indies penetrent. Intra ſeriem maximorum donorum patriæ divinitus conceſſorum, non ultimas partes tenet laudatiſſima agricultura; quâ Cicero nihil melius nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius arbitratur: & quod non pauci Eudæmoniam in illa collocarint, Vergilius agricolas fortunatos, Horatius beatos appellant. Delphicum oraculum Aglauin præ multis aliis feliciſſimum judicavit, quod in Arcadia prediolum ſuum non egreſſus, pravâ cupidine nihil adverſi in vita ſenſiſſet. Hujus ſtudii cum tanta laus & excellentia non puduit Impp. & Regg. eidem operam navare. Diocletianus depoſitis Imperii faſcibus uti & Attalus, agriculturæ ſe dederunt.

Xenophon de magno Perſarum Rege Cyro literis tradidit, quod maxime gloriatus fuerit ſe poſſe adventantibus, hortum manibus propriis conſertum, arboresque ſua induſtria inſitas & poſitas demonſtrare. Vnde aliquid peculiaris ominis ineſſe ariolati, quòd Impp. manibus, agri fideliter culti; credebantur enimverò gaudere vomere laureato & triumphali aratore. Eadem cura fuit tractare ſemina, quæ caſtra; quandoquidem curioſa intentione, omnia lætius provenire, in propatulo. Ex effectu poſtmodum, familiarum nomina Ciceronis, Piſonum, Fabiorum & Lentulorum;

ut

ut & â paſtura Vituli, Portii, Catones, Annii &c. â piſcatione, Sergii, Licinii, Murenæ familiis agnomina indita & Ciceronem, Lucium Philippum atque Hortenſium Piſcinarios vocitaſſe, monumenta, teſtes apud Romanorum hiſtoriographos autentici & claſſici. Qui fit autem, quod penuria ſepenumerò cervices noſtras terat & benedictio divina, denegetur? Rationem ſi addere collibet, certiſſima illa eſt, prævaricatio Mandati Iehovæ, per protoplaſtum commiſſa, & indies continuata. Illa eſt, inquam (quæ 3. cap, Gen.) ob oculos ponitur. Terra in opere ſuo maledicta; in laboribus ex ea comedendi omnibus diebus vitæ, ſpinas & tribulos germinet, & herbæ terræ comedendæ in ſudore vultus, pane veſcendum, quod rectius aratores, occatores, paſtinatores, meſſores, vindemiatores, experiuntur. Propriorum peccatorum ſordes Dei iram concient, interdumque dum meſſis in herba, miſeri coloni ſpe fruſtrantur: ut procellæ, fulgura, tonitrua, tempeſtates, flammæ, immundi Spiritus, turbines, calamitatem inferant ſummam. Deus Deorum multoties duræ cervicis transgreſſoribus ſuorum mandatorum extrema minatur mala, quod nimirum omnes maledictiones nocentem & immorigerum apprehendant. Si cœlum quod ſupra te æneum; & terru quam calcas, ferrea.

Det Dominus imbrem terræ tuæ pulverem & de cœlo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris.

Eam cauſam penuriæ annonæ caritatis, qui minus ponderat, ingratus Deo factus, peccatorum ſemitas terere pergit, idemque operatur, ac ebullientem ſcaturiginem obſtructurus, cujus ratione percitus, in flumine opus inſtituere ac perficere; ſcaturigo ipſa interim manet inconvulſa, interturbata atque inconcuſſa, per rimas quasvis, quævis latera penetrare potens. Gaudet Myſnia, Brunſwigia, Bohemia, Svecia &c. ſuis â natura & Rectore naturæ donis & mineralibus, argento, auro, plumbo, ferro, cupro, orichalco, chalybe, fodiendis; adeo etiam, ut hæc Regna & hæ Regiones, in commerciis ingentes divitias acquirendo, magnum in Imperio Rom. dictis mineralibus uſum præbeant. Gaudet etiam laudatiſſima Pomerania ſua prærogativa atque excellentia. Sal nobiliſſimum Emporium Colberga magna copiâ coquit: cujus aſperſio piſces & carnes tam dulces & amabiles reddit, ut vix aliud genus gratius inveniatur. Orientalis & Occidentalis Pom. non duntaxat hoc ſale gaudet: verum Polonia, Boruſſia, Livonia, Svecia, Dania, Curlandia &c. onuſtis navibus & quadrigis cameras & culinas ſuas, eodem replent. Præterea Sedinenſes, Stargardenſes, Golnovienſes & alia oppida ac civitatulæ, ex ſale grandioris generis, (vulgo Bey) tenuius coquunt: cujus etiam non minor uſus in alienatione. Vini culturâ, nobiliſſima Pom. uti ſuperiores Imperii Romani tractus, propter vicini-

Vicinitatem ad Zonas Boreales minime jactat. Interim tanta cereviſiæ copia, tanti ſaporis, coloris atque odoris inibi coquitur, ut, quoad alimentationem corporum, ſucci & ſanguinis præparationem atque exhilarationem animorum, ejus uſus vulgari vino non immerito præferatur. Hoc enim quod in ſanguinis & venarum incremento, minuit, illa vigore hordei & lupuli refundit, juxtaque phyſici cujusdam aſſenſum, vino Falernico æquiparatur. Quæ ratio bonitatis nullum lucrum a Magiſtratu, ut in vicina Marchia, quæritur; quamvis acciſa (uti vocatur) magna animi intentione decerneretur: collatis tamen procerum decretis & votis, votum quæſitum collapſum. Ob hancce indulgentiam & laudabilem immunitatem, non ſaltem vivi ſed & vita exempti Principp. apud ſubditos & exteros optime andiunt; qui libentius populos ſuos in mediocritate vitæ ſubſiſtere & perdurare, quam exactionum jugis ſuppreſſos, penitus paupertatis mole, quæ onus Æthna durius, premi velint. Porro Pomer. paſſim habet ſuas multiplices piſcinas, vivaria, pretioſiſſimis piſcibus refertiſſima, multis amnibus fluviis, ſtagnis, lacubus, irrigua. Inter quæ non mediocria, Viadrus, Recens portus, (Friſche Haff) ſi licitum ſic nominari; Panus, Suenus, Raddous, Porſantus, Inaus, Wiperus, Molcius, Rega, Tollenſus, Troch, Lebbenius, Verius; Labbuinum, Stolpium, Dammenſe, Madduium Stagnum, Pileburgum, & multorum nominum atque generum plura. Quis voce vel calamo horum commoditatem, piſcium plurivarias & maxime congruas ſpecies, ſatis delineet? De piſcationum modis extenſius agere, num ſagena, retibus, naſſis, hamis, raſtris, peragantur, pro locorum conſuetudine, prorſus ſuperſedeo. Satis eſt locum aut objectum dari; de captura ſint ſolliciti, quorum eſt melior cognitio & piſcandi facultas. Sed cum non tædet nobiles interdum inhiare ſtudio piſcationis; & Imperatores, Octavium Auguſtum & Neronem, retibus auratis e purpura & cocco nexis funibus, Suetonio teſte, piſcari ſolitos; cur infimæ plebis mercenarios hoſce labores ſubire & ſuſtinere, diſconveniens videretur? Prout captura felix, ita bonum ſui communicativum; fumo induratos majoris & maximæ formæ piſces, ſale conditos & fumo & aëre induratos, cum aliis Regionibus, Saxonia, Polonia, Bohemia, Sileſia, Thuringia, Myſia, Marchia &c. participat. Viſtula & Warta olim Pomeraniæ Ditionibus ſubjiciebantur, priusquam belli infortunio & rigiditate divellebantur. Verum ſufficiunt Aquæ Pomeranis prænominatæ: Adeo ut alii Regioni per totum Imper. Rom. hocce dono vix æquiparetur; præterque quod Vaſalli, valſaſores, cives primarii, paſtores privata piſcatione gaudent, adeo ut publica vix aut raro indigeant. Quo fit, ut vili vendautur pretio. Sepenumero 12 nummis Misnicis, tantam copiam comparare poſſum: quæ vix Lipſiæ, Hamburgi, Lu-

becæ dimidio thalero, emerentur. Ita mirificus Deus, mirifice dona ſua diſtribuit; in plaga hac eminentiora; in alia mediocria aut etiamnum viliora concedit. Tametſi ſupra, tenui, quod dicitur, penicillo delineatum; navigationem Pomeranis valde extenſam concedi; juxta addatur in ejus uſum 12 portus navigabiles divinitus concedi. Nunquid piratarum more agitur; vel Italorum conſuetudine, cum ſuis Cortiſanis per maris tranquillum remigio colludentium? Abſit. Togæ vis & ubertas, non Veneris Cyprigenæ, nec Bellonæ quæritur vexillum; verum in officii Statione ad Divinum juſſum & nutum, absque aliorum jactura & detrimento noſtrates eo, quo collimarunt, S. S. Angelorum cohorte atque excubiis ſtipati, vela expandunt; nec cepas pro alliis, penates reſalutantes, apportant.

Quemadmodum peregrinos & advenas vario variorum frumentorum genere, & aliorum harum terrarum redituum, cœlitus conceſſis donis, navibus præonuſtis, exhilarant, beant: ita ab exoticorum redeuntes oris, pro cuiuslibet regionis proventu harum terrarum incolas, exhilarant. Quis aromata myropolia & culinas condecorantia, corporibus noſtris maxime conducibilia, decantet? Vina quoque varii odoris & coloris afferuntur: ne & hocce dono noſtra Pomerania deſtitui videatur: Taceo varios veſtiariæ rei colores, ſericos, hyacinthinos, Praſinos, Tyrianthinos, Thaleſſinos, Oſtrinos, Damaſcenos, in exteris locis, præparatos, huc afferri: quibus ipſi juvenes nobili ſtatu & ſtemmate vel & patricio ſanguine, redeuntes, ſplendent. Haut procul ab his Margaritæ, Jaſpides, Sapphiri, Sardoniches, Cyani, Chryſoliti, Smaragdi, Chelenotides, Sardii, gemmæ nobiliſſimæ, poſtmodum circa pileorum Spiras & candidatorum tiaras; aut Arabico auro incluſæ digitos condecorando, ambientes.

En mala aurea, Aſſyria, racemos carittides, uvas paſſas, Apianas, olivas, caſtaneasque molles! En Iunonias aves, pſittacos, variati coloris, in caveis Cacozilia familiæ & dominorum voces iterando, imitantes! Sane nocticoracis inſtar cœcutiens, cernit, quantum beneficii ex pervetuſta ac laudatiſſima navigatione ad Pomeraniam redundet: quæ non tantummodo ſibi ſuisque inhabitatoribus, allatis mercibus inſervit; verum ipſas quadrigis & ſcaphis in regnum Poloniæ, Bohemiæ, Sileſiam, Pannoniam, ſuperiorem Saxoniam & Germaniam, venundatum transmittit. Nec quid impedimenti navarchis noſtratibus objicitur; quo minus loca diſſita negociando inviſant; quia ſunt homines duriori fortunæ aſſuefacti, tempeſtatum & ſortis adverſæ perpatientes. Iuxta illud Horatii. Od. 3. Lib. 1.

Illi robur & æs triplex
    Circa pectus erat, qui fragilem truci

Commiſit

Commiſit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum,
Decertantem Aquilonibus,
Nec triſtes Hyadas; nec rabiem Noti.

Quantas commoditates navigatio creat, ſat ſuperque lippis & tonſoribus conſtat: absque cujus intermedio, multorum neceſſitate requiſitorum, maximum deſiderium. Quod expreſſit vetuſtum diverbium, de generoſa urbe Brunopoli, antiqua virtute & vera veri cultus divini conſtantia, ſinceritate & pietatis zelo, coram Deo & hominibus multum inclyta: Illudque adhuc vicinæ urbes, inſtitores ac ruricolæ uſurpant:

Braunſchweich wehreſt du Waſſer reich
Im Reiche wehr nicht deins geleich.

Et non immerito: inſultus enimvero infenſiſſimorum hoſtium majori vi atque inſtructiori ſtratagemate a mœnibus, foſſatis, vallis atque propugnaculis dimoverentur; annonæ uberior foret proventus; mercimonia florerent exactius; inſidiatorum auſus, regias vias, contra Impp. Reſcripta opprimentium, felicius reprimerentur. Sed non hocce ſaltem: Sed &, quod magis eſt

Legitur, cernitur, & quotidie ad aures defertur, quam feliciſſimo Marte, Belgium prælietur: quod manu quidem exili, copiis paucis, Regni & Regibus potentiſſimis ſeſe opponens, devictis hoſtibus truculentiſſimis, triumphos agat maximos; captisque piratis & piratarum onuſtis triremibus, portuum aſila petentes, aurum auro, argentum argento, gemmas gemmis accumulantes, accumulent. Verum beneficio aquarum hæc omnia peragi, nullus addubitet; per hoc bene hoſtis invaſurus repellitur, eodemque quaſi muro cinctus & roboratus, tutus conſtituitur locus. Aſt ne procul a limine pedem dimoveam; ad patriæ fines revertendum; nec paraſangis naturæ bona extendi videantur; ſed magis exoticis ſuum decus; Thura Sabæis, Pannonibus aurum generoſum, Indiæ ebur, Turcis Pelitronios equos, Angliæ moloſos, Arabi aromata & odores ſuaviſſimos linquendo, telam appenſam pertexendam, duco: & quicquid pro circumferentiæ ſplendore & ſubjecto ipſomet præmiſſum, dictum putetur. Pomerani ipſi unde originem traxerint, Ptolomæus, Cornelius Tacitus, Heinricus Crantzius, D. David Chytræus; Dn. D. Dav. Cramerus, Dn. D. Jürga Valentinus Winterus, Eques Torquatus, viri magni nominis; (certius hic alios inter caput efferet olim: Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi:) Qui, inquam, originem, mixturam linguarum, morum, vicinarum terrarum conjunctionem & divulſionem, hiſtoria teſte locuplete, ſatis ſuperque delineant. Cur ego actum agerem? cur in deductione ignoti, cujus nulla cupido, ſubſiſterem? Acquieſcendum, quod obſervatu digniſſimum, Pomeranos, non moder-

no tempore, veluti olim, apud exteros, pro barbaris haberi; aſt potius magni fieri: ſiquidem in ipſa realitate (non hic de ſiliquis, ſquamis, quisquiliis) cenſentur, & ſunt, pii, conſtantes, fideles, benevoli, laborum quorumvis patientiſſimi; etiamnum tam belli quam pacis tempore; tam in anguſtiis imminentibus, quam commodis durantibus. Præterea deprehenduntur, taciturni; non cyclopes aut nimis rigoroſi; ſed ſinceri, veraces pro poſſe, mutuas operas collocantes. Vnde in communibus proverbiis. Gleich und Recht währet zum längſten. Recht thun iſt keine Sünde. Auf eine offenbare Lügen gehöret keine Antwort. Item: Ich will alſo handeln, daß es für Gott und jdermänniglich zu verantworten. De calumniis.

Laß einen jdren der er iſt,
So bleibſt du auch wol der du biſt.

Quod ſi mens variorum artificum mechanicas delineare artes, tempus ſolaris cycli deficeret. Darentur ſane, quales Norinbergæ, Brunopoli, Argentorati, in Belgio &c.

Verum non hujus Scopi. Vaſalli, uti etiam patricii & nobiliores iuvenes, non ſemper ad matrum ſtertunt focos; ſed potius animoſiores, in campis Mauortiis, potentiſſimis cum hoſtibus, congredi non dubitant. Quos non Heroes Pomeranicos inclyta Pannonia per multos annos, contra crudelem nominis Chriſtiani hoſtem, Turcam, pro lege & grege belligerantes, tam in pedeſtri, quam equeſtri conflictu, ſenſiſti; Hectoreis & Herculeis animis preditos cominus & eminus, coruſcantes, vibrantes, hoſtium colla ſanguine madentia, proculcantes vidiſti? Fatetur Buda, Caniſum, Gran, Raab, Erla &c. Quantum animoſitatis, ad obtinendum Smalentzium, in Heroibus Pomeranicis, deprehenſum, ipſi Duces teſtes locupletiſſimi. Idem fatetur Polonia tota, Gallia, Bohemia, Dania, Suecia, Belgium, Livonia, Curlandia, aſſerendo: unum Pomeranum duobus aliis præferendum. Vnde creberrime ad ſummas officiorum Bellicorum laudes, rejectis aliis, evehuntur.

Pallados aſpernans duros refugensque Labores
Aſſiduos juvenis, conſtanti pectore Martis
Signa petas patriæ, Famæ quo Dramata reſtent.

Provinciæ Pomeraniæ ſe ipſas, ratione Regiminum dividunt; in Eoam Pomer. quæ agnoſcit Ducem Stetinenſem; in Occiduam, quæ Wolgaſtanum Ducatum, cum pertinentiis, ambitu ſuo comprehendit. Sedinum metropolis, veluti in meditullio, ſita. Caſſubios a veſtium juncturis & plicis appellatos, autumant. Quandoquidem Caſſubitz, illorum idiomatiſmo Geſalzete Kleider denotat. Hi ſuos certos limites & vetuſtam linguam retinent, poſtque ex Neomarchia & Epiſcolatu Camminenſi, expulſi: Qui cum Turcis, Tartaris, Polonis, Waronis, Ungaris, Muſcowitis, Livonibus, colloqui poſſunt.

Rugia

Rugia olim caput Wandaliæ, cui Pomerania & Caſſubia incorporata.

Equidem revera erat majoris circuitus & anfractuum, priusquam tempeſtate vehementiori damna multivaria perpeſſa. Vix hodie in ſeptem miliaria, quo ad longitudinem & latitudinem ſeſe extendit. Terra ſane proventu fertiliſſima, multorum nobilium proſapiis fecundis &, tanquam Sicilia Romæ, Stralſundio, horreum & promptuarium præſentiſſimum. Quantum Rex Flactites Rugianorum vel Ranorum Gloriam, tempore Imper. Valentiniani, auxit; Magnificus & inclytus Dn. I. Valentinus Winterus D. Eques Torquatus, Fautor meus obſervandus, ſua chronologia, manifeſtum reddet. Continet Peninſulas, Iasmundum, Hiddenſeium, Witovium, Vnmantzium &c. Lupos ſylveſtres nullos tolerat: nec olim glires per totam Regionem, uti Petrus Artopæus ad Sebaſtianum Munſterum, fovit. Poſtmodum prope Witovium, navifragio facto, nidus glirium ad oram appulit: unde in tantum multiplicati, ut inibi nunc plures, quam alibi, deprehendantur.

Comitatus Gutzcovia, olim proprios habuit Dominos, quorum inſignia crux & quatuor roſæ. Vltimo Domino Iohanne abſque prole maſcula mortuo; ad Pomeraniæ Duces, Comitatus hicce Anno 1250. devolutus. Poſt divulſionem Dynaſtiarum Leoburgi & Butovii, a Pomerania, ad Pomerellam, Ericus 2. Dux Pom. easdem recuperavit: quas & Caſimirus 3. Rex. Pol. Bugislao X. Duci Pom. Genero ſuo, hereditario jure, die purificationis Mariæ, cum filia Anna Poloniſſa, matrimoniali fœdere juncta, addicavit An. 1419.

Admodum Celebris in Pom. Epiſcopatus Camminenſis, qui a Principibus Ratibaro & Wartiſlao fundatus. Hujus prima ſedes fuit Iulinum; verum Wartiſlaus ſecundus Camminum tranſtulit. Anno 1175.

Comitatus Neugardenſis a Comitibus Illuſt. ab Eberſtein poſſidetur: cujus duo ſaltem oppida, Neogardum & Maſſovium. Arcem habet munitiſſimam, vallis, foſſatis, muris cinctam: quæ adverſus aliquot millium inſultus, tutiſſima. Ex horum Comitum familia, ortus Stephanus Heinricus, qui anno 1613. ex hacce myrrhea valle, ad cœleſte politeuma, promiſſam piorum patriam æviternam, devote migravit.

Vir fuit inſignis eruditionis, Candoris & pietatis. Ejus Fama adeo aucta increbuit, nt non ſolummodo, in numerum Conſiliariorum Cæſareorum fuerit cooptatus; verum etiamnum Spyræ-Nemetum, per multos annos, in Tribunali Imp. Rom. præſidendo, excelluerit. Vnde non Saltem ipſius generoſitati & toti Familiæ Laus accrevit major; ſed & tota Pomerania, in tractibus Superioris Germaniæ melius & glorioſius audire capit.

Civitates inclyta Pomerania fovet nobiliſſimas; hinc inde per provincias diſtributas: quarum ſi antiquitates, originem, fundatores, Studium ſincerioris Relligionis, politiſſ. ordines, populorum frequentiam, bellicoſitatem, togæ ſtudium, urbanitatem civium, domorum, pomœriorum, mœnium, vallorum, propugnaculorum magnificentiam, variarum rerum copiam ac proventus, aerum proſperitatem, amenitatem, paſcuorum, agrorum, hortorum & promontoriorum fertilitatem præeminentiam, & generoſitatem ſi mens tenui penicillo ſaltem delineare, non hora, ſed dies deficeret. Eum in finem quodammodo ad Sebaſtiani Munſteri coſmographiam recurrendum; vel juxta numerum & ordinem Alphabeticum Dn. D. Herlicii Calendariorum, cenſeatur elenchus. Ne vaſtatarum civ. alias nominis celebritate inclytarum, prorſus fiat oblivio, addendum de metropoli in Rugia, Arcona, quæ in arduo promontorio, fuit ſita; a meridie & oriente, mari Balthico cincta: tantoque præcipitio, menibus in alta ſurgentibus, ut jaculum ab arcu miſſum, ab imo, vix altitudinem contigerit. Ab occidua parte ingens atque excelſum vallum, urbem munivit. Hanc tandem Waldemarus rex Daniæ, crebriore belli impetu, ad deditionem coegit Anno 1168. Decantent etiamnum locupletiores hiſtorici, quomodo Iulinum expugnatum & deletum; quibus modis etiam Vineta nobiliſimum emporium Wandalorum, (a Wanda Regina Poloniæ, quæ pro obtenta victoria contra Teutones, ſelpſam Diis immolaturam, uti fabulantur, in Viſtam, hodie Viſtulam non procul a Cracovia proſiliiſſet) Ruſſorum, Danorum, Soraborum, Slavorum, Saxonum & aliarum Gentium negotiationibus inſigne; cives honeſtatis & æquitatis titulo, eminentiſſimi; moribus, hoſpitalitate & celebritate inſigniter clari. Quomodo, vero, a Regibus Daniæ, Svenone potiſſimum, Anno Chriſti 1170. oppugnatum & tandem a Waldemaro, incenſum, & inundatione magna perierit; Fuſius Helmoldus in chronico Schlavonico: Crantzius lib. 2. cap. 33. Et quandoquidem de ruderibus non magnopere ebuccinandum; magis cum Ovidio lib. 15. Metamorph. quiritandum.

Sic magna fuit cenſuque virisque
Perque decem potuit tantum dare ſanguinis annos;
Nunc humilis veteres tantum modo Troja ruinas
Et pro divitiis, tumulus oſtendit avorum.
Clara fuit Sparte magnæ viguere Mycenæ,
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Vile Solum Sparte eſt, altæ cecidere Micenæ.
Oedipodionæ quid ſunt, niſi nomina, Thebæ?
Quid pandioniæ reſtant, niſi nomen, Athenæ?

Digitized by Google

Duce vel Rege populis opus eſſe; liquet ex apum induſtriarum regimine; Gruum, anſerum &c. ex naturæ ductu & conſtitutione. Ideoque Pomerania, per aliquot centum annorum intercapedines, agnovit & coluit Duces Heroica Virtute ſatis inclutos; magnanimitatis & Gloriæ felicitate gubernandi, fines patrios defendendi, invadentes Hoſtes proſternendi ac profligandi, feliciore ſucceſſu, pro defenſione ararum & focorum, anſam ad Triumphum præbentes. Si ad antiquitatem reſpiciamus: Barnimus Princeps Pomeraniæ Vandaliæ, Caſſubiæ An. 933. in expeditione contra Ungaros, prope Mersburgum militavit, Hinrico. 1. Cæſari: cui intererant Bitislaus Bohemiæ, Wartislaus Sileſiæ, Duces, Bolislaus Marchio ex Moravia, Otto Princeps & Comes Aſcaniæ, filius Hermetis, Meſteboynus Princeps Vandaliæ, Pharadinorum, Brandeburgorum; Otto Marchio Stadenſis, &] complures alii. Teſtibus chronicis Mersburgicis & Mansfeldicis. Hicce Barnimus interfuit, equeſtribus Torneamentis, quæ Magdeburgi, ſub Imperatore Heinrico aucupe (dicto, quod in venatione & aucupio repertus cum Rex ſalutaretur) habitis: in quibus, inter alia dedecora & ſcelera, adulteria, blasphemiæ, Latrocinia &c. publice & magna delinquentium ignominia ac confuſione Anno Chriſti 935. correcta. Wartislaus, vel Bertislaff Princeps Pom. Sub Ottone I. caſtrenſibus exercitiis, operam navavit. Anno 940. Etſi Pomerania a finitimis Regionibus plurivariam vexata: tandem Victoriæ continuatione, non duntaxat indies clareſcere cœpit; ſed etiam Schventepolcus, quum totius Pomeraniæ quaſi Monarcha, junctis ſuis Toparchis, jugum Tributarium atque exactionum, Leſci Albi, Poloni, ſubmoviſſet & penitus in hunc usque diem, ad terræ ſalutem & tranquillitatem, rejeciſſet; tandem temporis ſucceſſu, apud potentiſſ. quoſuis famoſiſſima reddita. Fridericus primus cognomento Barbaroſſa, quum tempore obſeſſæ Lubecæ, ab Henrico Leone, Saxone, Principp. Pom. virtutes bellicas horreſceret, Bugislaum 2. Caſemirum 1. per Legatos, in caſtra peramanter accerſivit: quos tantem ob declaratam fidelitatem atque operam laudatam, inito federe, in ordinam Apolectorum & Ducum Rom. Imperii, collatis eorumdem Dignitatibus, aſcivit An. 1182. Quo tempore etiam Lubeca facta Imperialis. Antehac noſtri Principp. qui Gryphones, ab inſignibus, appellati, Superiorem non agnoverunt.

Poſtquam Principum Pomeraniæ Heroicæ virtutes, in arcendis & proſternendis Hoſtibus, & felicioribus ſucceſſibus, in bellis truculentiſſimis, finium extendendorum Gloria magis magisque inclyti facti, Imperatores, Reges, Electores, Principes quam plurimi illorum amicitiam affectantes, affinitatis vinculo jungi, expetiverunt. Siquidem Bugislai ſeptimi filiam Eliſabetham, federe matrimoni-

trimoniali ſibi junxit Carolus 4. Splendidiſſimo & magnificentiſſimo nuptiarum apparatui interfuerunt Caſimirus 2. Rex Pol. Sponſæ avus; Ludovicus Rex Ungariæ, Woldemarus Rex Danorum; Petrus Rex Cyrpenſis, Otto Dux Bavariæ, Barnimus 4. Dux Bavariæ Sturnot, Dux Maſloviæ Boleslaff, frater Bernhardi, Duces Sweidenitiæ, Uladislaff Dux Sileſiæ & alii Principes & Domini Cracoviæ 1363. Ex hac Imperatrice prognatus Sigismundus Cæſar, Ungariæ & Bohemiæ Rex, ſub quo Johannes Hus. M. qui Venceslai Regis Bojemorum tempore, contra Idolomaniam Romanam, ſeſe diſputando oppoſuerat & Pragæ in Academia, publice elidere cœperat, Conſtantiæ combuſtus 1411. Ericus 1. filius Wartislai VII. a Margaretha, vidua Regis Aquini, Waldemari Regis Daniæ filia, conſenſu Senatorum Regni, cum eſſet adoleſcens 14. annorum, in filium adoptatur: qui ſatis feliciter 3. regna, Daniæ, Sweciæ, Norwegiæ, ultra 39. annos, teſte D. Wulffgango Jobſt pacifice, gubernavit. Poſtmodum in uxorem duxerat Philippam, Porthugaliæ Regis Eduardi filiam; auro nummo in dotem dato, qui 100000 aureorum cenſebatur. Rebus humanis exempta, in Swecia 1434. in monaſterio Wadſtein humata. Valedixit Mundo immundo Rex Ericus 1459. Rugenwaldi, ibidemque in civitatis templo ſepultus. Poſtquam multivaria, cruenta bella, cum Marchitis geſta; Wolgaſti cum Marchione Frid. 2. Erico 2. & Wartislao X. Principp. Pom. transactum; ut Marchio cum ſuis ſucceſſoribus, de Feudi terrarum Pomeranicarum, maſculo herede non extante, ſucceſſione, ſpem foverit. An. 1470. Verum ſi ſubſequentium temporum ponderem ſtatum, miror ſane admodum, jurisjurandi religione, Ducibus Pom. devinctos gnaviter inſidias ſtruxiſſe & contra jus & æquum, ad extraneos Pom. Jurisdictionem devolui remis velisque molitos. Ex hac Labyrinthæa & cimmeria miſeriarum valle Ottone 3. 1464. ſublato, Albertus Glinde Marchita, conſul Stetinenſis, inſignia Gentilitia Ducum Pom. in Ottonis Tumulum projecit; hancce in vocem irrumpens: His ſopitum Dominium & Linea Stemmatum, ducum Pom. exſtincta. Quod aſtantes viri nobiles & conſtantes cives, adverſis hauſerunt auribus, proteſtando; quod nimirum adhuc ſupereſſet Dux, de ſanguine Ottonis, qui legitimus heres & ſucceſſor haberetur. Tumultu inter Pomeranos & Marchitas orto, Pomeranorum promiſcua multitudo, palmam obtinuit. Johan ab Eichſtett, proſapia nobilis, imperterritus & animoſior in cryptam proſiliit, & ad ulteriorem uſum ſuperſtitis Ducis Pom. & nepotum Bugisl. X. erepta inſignia, conſervavit. Hocce modo ſuppoſititiæ & Machiavellicæ technæ illuſæ. Buggislaus exin cognomento Magnus, ob res præclare geſtas & animoſitatem, dictus.

Poſtquam

Digitized by Google

Poſtquam Marchioni Friderico 2. De obitu Ottonis 3. nunciatum, ab ordinibus Pomeraniæ & metropoli Stetino, homagium non ſaltem præſtandum expetit; verum etiamnum ad Cæſarem negocium quodammodo delatum: quod a Duce Pomeraniæ ejusque proceribus majori & reali circumſtantiarum vi non ſaltem declaratum, ſed & obtentum, ut Marchio a propoſito abſtineret. Quid factum? Albertus Glindius cum ſociis conjurationis, libenter Pomeraniam proditionis intermedio, veris Dominis eripuiſſet; & deditionem Metropoleos, per nocturnam intromiſſionem, (uti alii habent Hiſtorici) ſedulo molitus. Quo autem inita truculenta Ligæ conſilia feliciorem ſortirentur ſucceſſum, jurejurando in cœmeterio pagi Schildersdorff, ſub arbore philyra, quæ poſtero die, areſcens, ulterius non floruit, corroborata. Omnem quidem movit lapidem verſutus Glindius, ut integerrimos & conſtantes cives nobiliſſ. & admodum inclyti emporii Sedini, in ſuam traheret ſententiam: quod hi, uti & minas Panici terroris, nauci facientes, in curam ſedulo incubuerunt; quo non ſaltem datam fidem Auguſtis Pomeraniæ Ducibus, ſinceram conſervarent, conſervatam renovarent; ſed ut molitiones quævis (ſpretis variarum promiſſionum oblationibus) tam a menibus, quam patriæ finibus amoverentur & caſſarentur. Ita Leviathan, qui alias in ſuis organis & ſquamis efficax, Dei providentia illuſus, patriam Pomer. inconcuſſam reliquit. Bugislaus ille magnus. X. Germano fratre Caſimiro veneno exſtincto, vitaturus Syrtas & Charybdas Aulicas, Diabolicas machinationes; puerili ætate, magis apud Johann Langen, agricolam Diœceſeos Rugenwaldenſis dilateſcere voluit; donec, prout Moſes abſconditus, Iſraelitarum Dux conſtitutus; Populorum ſuorum tutamina ſuſciperet. Aſt nulla calamitas quum ſola, vicinorum Marchitarum Dux optimus, bellis, minus bellis, laceſſitus & attritus; tandem in vehementius incidit vitæ periculum.

Venatio interdum periculoſa.

Bugislaus, de quo nobis ſermo, in pago Leibgart, non procul ab oppido Ucarmundo, ſito, An. 1488. immanis Staturæ cervum proſequens, in cœmeterio, ab equo proſiliens, lancea canibus detentum, transfodere anniſus: cujus impetu, in tantum vulneratus, ut aperto vulnere, hepar & pulmones conſpicerentur. Ad lethaliter vulneratum Ducem in prænominatum Oppidum, Medici Doctores & Chirurgi primarii, Stetino, Paſewalco, Anclamio, GryphisWaldo, accerſuntur. Quum Medicorum mederi & curare; ſolius Dei ſanare & ſalvare, ille, ſuſpiriis & precibus ardentioribus annuit, atque pondus habere juſſit. Rumore delato ad Marchionem, miſit Legatos Ucarmundum, Bugislai fatum percontaturos: quorum adventum perſentiens & camino ſeſe admovens, rubicundiorem colorem induit: ne

ſigna lethalis ægritudinis apparerent. Tandem intromiſſi legati, multum Salutis Domini ſui nomine precantes, affectum condolentiæ perſtringunt; deditionem Regionis affectant; ſed ſpe relevante, non impetrant: quandoquidem paſſiones haut ad mortem.

Quemadmodum Medici, præmiſſis pharmacis urgentibus, lenimina tandem prebent: ita Deus Medicorum Medicus, inflictum atrox vulnus, in conſervationem tutelarem generoſiſſimæ Pomer. purgat, ſanat, conſolidat. Diſcedentibus Exploratoribus, Regis Poloniæ, Caſemiri III. adſunt Legati, qui flumen Suuenum trajicientes, admirantur Pomeranorum commoditates, urbes, oppida, vicos, caſtella, monaſteria, arcium & pagorum multitudinem, Solii fertilitatem &c. tandem acceſſus rationem de duabus dynaſtiis, nimirum Butovio & Leoburgo, edentes, Ducis rationibus prolatis, circumſtantiarum periſtaſi placide acquieſcunt; & mutuis conſiliis eo magis magisque collimant, ut viduo Duci Bugislao, Regis Poloniæ filiam ſtabili jungant connubio propriamque addicent. Hæcce conſultatio ſatis feliciter proceſſit, adeo, ut 1491. die purificationis Mariæ, Anna, Poloniſſa, filia Regis Caſemiri, Stetini preſentibus multis Principibus, Principum Legatis, Duciſſis & Heroibus, Bugislao, fœdere nuptiali, uniretur. Huncce in modum, ex ſalutari conjugio, heredes Regii Sanguinis, Pomeraniæ Illuſtriſſ. Duces, extant; & ut extento.

Auctor connubii ſaxit ter maximus Herus:
  Viribus ex cujus putrida gleba viret:
Ad cujus nutus Aaronis virga vigeſcit:
  Dulceſcit populo lymphaque Mara ſuo.

Porro cum Pomerania in tranquillo ſtatu eſſet & a bellicis tumultibus libera; aliis modis Famam, ad poſteros memoria digniſſimam, Princeps extendere anniſus.

Vnde ad effigiem Caſimiri I. Duc. Pomer. Hieroſolymam, per Ungariam & Bizantium, contendentis, Wartislai VIII. qui a Papa Romano Urbano IV. Hieroſolymis rediens, roſa aurea donatus, & ad icona Erici I. qui per Poloniam & Ungariam, cum Duce Wagriorum ad Sionias Toparchitas profecti, An. 1496. 18 Decembris, trecentis ſtipatus equitibus, idem iter ingreſſus Bogislaus Magnus, contendebat per Wormatiam ad Oenipontem, ubi Maximilianus Imp. tunc temporis commorabatur: ab eodem multis honorum & beneficiorum teſſeriis, affectus & deſtinati itineris continuatio, clementer indulta. Die Pentecoſtes 1497. Venetiis aptatur claſſis; retinacula ſolvuntur; ad Corſum, verſus Candiam navigatum. Ecquæ mira decantem vitæ pericula? Turcæ IX. anctuariis & prædatoriis navibus, in noſtri Herois unicam, ſatis crudeliter Geticis affectibus inflammati, irruebant. Quis hancce pugnam navalem ſatis delineet? Quis

Quis ictus, tela triſulca, ſclopeta, fariſſas & alias belli machinas, dignis perſtringat modis? *Hic animis opus eſt, opus eſt & pectore firmo.*

Aſſere clypei loco, tempore maximæ neceſſitatis, uſus Princeps. Quamvis comites, Nobiles & adminiſtri ſuas junxere operas, & Turcis ſumma ſedulitate reſiſtere intendebant: nullus tamen ducis Heroicam fortitudinem & leoninum animum adæquare potuit: qui etiamnum in ultimo vitæ diſcrimine conſtitutus, ad infima navis proſiliens; verutrum, quod coquus pullis aſſandis, ad focum collocarat, arripiens, adeo vim vire pulit, ut (Deo feliciter juvante) paucis e noſtratibus ſuccumbentibus, tutiſſime ad Ieroſolymitana rudera tendere liceret. Invadentium Piratarum, profligatos & ad mortem usque vulneratos, quis numerum fando exprimat? Hiſce deſertis perluſtratis, reditus abitu fuit proſperior. Veneti, præterquam quod omnes urbis theſauros univerſaque regalia reduci victorioſo monſtraſſent; Honores cumulatim detulerunt, & in Comœdia quapiam, certamen navale cum Turcicis piratis commiſſum exhibuerunt. Romæ Alexander V. pontifex Romanus galerum capitis geſtamen, auro & gemmis inſigne gladiumque aureum; Imperator chlamydem purpura & auro vigentem, donavere. Ecquis omnem gloriam delatam, ex virtute Heroica emergentem, ſatis crena delineet? Aliorum prærecſis in percenſendo, uberiorem cauſabit meſſem. Seriem Heroicarum virtutum hujus Ducis & totius Familiæ Gryphonum; Decusque Apodemicum, ſive peregrinatorium ad regna exotica, pertexere, non eſt ipſius Suadæ. Memorabile & quidem maxime memorabile illud: Iohannem Fridericum p. m. ab Imper. Maxil. II Commiſſarium deputatum: ut orti nocentiſſ. inter Fridericum Regem Daniæ ejusque ſocios Lubecenſes; & Ericum Sueciæ Regem belli cauſam cognoſceret, & ſevientes tumultus pacifice tolleret; uti etiam Dei nutu factum. Nam primo die Julii, 1570. Sedini, nomine Imp. Regum Galliæ, Poloniæ, Suetiæ, Daniæ, Lubecenſium & aliorum, quorum interfuit, de pace ineunda egit; rem cum re ponderans, arduis deliberationibus pro & contra motis, ad felicem cataſtrophen, diſſidium inveteratum & ſanguinolentum perduxit, animorumque flammas exſtinxit. Nihil ſane in hocce valde arduo negotio fuiſſet effectum, niſi glorioſiſſimus noſter Princeps Heroica virtute & eloquentia, animorum ferveſcentiam, leniiſſet. Hinc non immerito, quod Homerus olim de gravi viro, Eloquentia præeminente, de Princ. Pomer. dici poteſt.

Quem Deus eloquio ornavit ſpectare ſolemus
Attentique audire omnes, quum dulcia fundit
Verba verecunde, cives verisque gubernat
Conſiliis, longe quos inter hic eminet unus

Digitized by Google

In dubiis rebus, quum concio magna coacta eſt,
Atque urbem ingrediens aliquis Deus eſſe putatur.

Quod non incendium moliti armati Heduci ſive Rukeſani, Poloni, niſi ſuperioribus annis conſiliis partim perſuaſi, partim metu armorum perculſi, moderamine noſtrorum Sereniſſ. a Pomeran. finibus receſſiſſent? Verimoniam illud Horatii Lib. IV. Od. 4. meretur.

Fortes creantur fortibus & bonis
Eſt in juvencis eſt in Equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Iuſtitiæ laude Pomerania, nullam terram priorem agnoſcit. Anno 1608. Duces celſiſſimam ſplendidiſſimam Domum quondam Comitis Ludovici ab EBERSTEIN, Deo Triuni & Reipubl. ſacram, in perpetuam memoriam, Tribunal, deſtinarunt; inſignibus Ducis Pomer. deauratis literis perpolitum, tabuliſque lapideis & emblematibus, in frontiſpicio, pro informatione Judicii, Actoris & Rei nitidius factum: ne ſtudio proſopolipſiæ, jus alias ferreum, cereum reddatur; nec Advocati & Procuratores, proceſſum juris ordinarium ſementem litium, lucelli gratia, curvent & extendant. Depicta Idea in Solio Salomonæo, viro togato, ad exemplum Iudicum Mediolanenſium, inſigne Judicis baculum tenentis. 2. Paralip. 1. Sapientia, cognitio vera Dei, quæ unica magiſtra, in dirimendo falſo; vero aſſerendo; eliminata avaritia, malorum radice, δωροφαγια; Invidia, Calumnia, Cupidinea flamma; e diametro, junctis conſiliariis, virtutibus, juſtitia, veritate, conſtantia, pietate, affabilitate, patientia, executione, judicii anima & nervo; ſub pigmento cordati viri faſces conſulares, more Romano, geſtantis, adumbratæ. Fallor ſane, ſi ſanctius juſtitia delineari poſſit, quæ non in coloribus & lineamentis externis; ſed vivis energiis, ſive ſit patronus, ſive ſervus, exprimantur. Practica communis: μητε δίκην δικάσης πρὶν ἀμφοῖν μυθον ἀκȣσης. Eſt in priſtino vigore & obſervantia illud Cæſaris Tiberii: Boni Paſtoris eſt tondere pecus non deglubere. Et illud apophtegma Alexandri Magni; quum urgeretur plus vectigalium civitatibus imponere: Olitorem odi, qui radicitus herbas excidat. Etſi in Palatio Stetinenſi, Bibliotheca ab Illuſtriſſ. Principibus ex variis autoribus, Sacris, Juridicis, Medicis, Philoſophicis, Oratoriis, Hiſtoricis, Poeticis operibus inſtructiſſima, deprehenditur: hoc tamen non attento, multiplici modo quotannis, in variis nundinis, ex omni linguarum genere auctior redditur. Incitamento fuerunt Julius Cæſar, Marcus Varro, Rex Alphonſus, Reges Attalici, Ptolomæus Rex Ægypti. Adhuc Demetrius Phalaræus, Athenis ſemotus, contendit, dans conſilium, ut Rex optimos quosque libros

Digitized by Google

bros, ſibi compararet, qui ſine fronte & verecundia id Principes monerent, de quo non audent conſiliarii. Multos libros propriis ſumtibus propria Typographia Principes in lucem ediderunt; qui Bibliothecæ Stetinenſi adjuncti. Inter hos non Eques de Ponte, Amadis &c. ſed qui maximam utilitatem Eccleſiæ utpote ex publicatione Bibliorum, Scholis, Reipubl. & Oeconomicæ Hierarchiæ creare videbantur. Equeſtrem ordinem admodum glorioſum præſentat Pomerania; in Galliis, Pannonia, Belgio, Polonia, Bohemia, Muſcovia, Livonia, ob Martia facinora & Heroicas virtutes, ſatis celebrem. Aſt Palma in medio poſita, & cuivis collimanti, ad virtutum Theatra ex digno aptatur. Nobile Nobilium decus Dn. D. Bartholdus Cracovitzius (quem inſignis honoris & dignitatis ergo viciſſim appello) olim in Oratione Politica, ait: Virtutem non generari, ſed acquiri. Theocritus Chius. Heus bone Vir: non ex illuſtrium ſtemmate prognatos, ſed virtutem omnibus mundanis præponentes, vere claros dixeris. Siquidem:

Si damnoſa ſenem juvat alea; ludit & heres
Bullatus parvoque eadem movet arma fritillo. Iuve. Sat. XIV.

Ἀνδρῶν ἡρώων παῖδες πήματα. Heroum filii noxæ.

HOMERUS ODYSS. 3.

παῦροι γάρ τοι παῖδες ὅμοιοι πατρὶ πέλονται,
οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

Pauci filii fiunt ſimiles patri: Plures deteriores fiunt; Pauci vero meliores patre.

Bona Fortunæ ſat ſuperque adhuc Splendida; Splendidiora autem fuiſſent; nec ulli Nationi ceſſiſſent noſtri Nobiles; niſi incautiores, a callidis nummulariis, Iohanne & Stephano Loitziis, precipuæ familiæ turpiter circumventæ, & adhuc in Dicaſteriis coram Tribunali Spirenſi, in puncto fidejuſſionis vel Debiti, agitarentur. Qualis autem cataſtrophe, anno 72. cum prædictis negociatoribus ſubſecuta, emuncti & damno affecti, ſuis nepotibus ingementes, enarrant. Et hæc de Hierarchia Politica. Quid de Theologica? Non diffitendum: Idololatria fere ab Orbe condito uti virus ſerpſit, multaque inania Numina ſibi plasmata finxerunt. Græci, populus ſuperſtitioſiſſimus. Quæ alias vere dixerint Philoſophi, Oratores & poëtæ; ex ſcriptis Hebræorum Helladas furatos fuiſſe, autumant, Euſebius, Iuſtinus Martyr, Theodoritus, Cyrenſit Epiſcopus, Theophilus Antiochenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Tatianus, Lactantius &c. Heſiodus lib. 1. innumeros ſtatuit Deos. Quidam unicnique naſcenti binos tribuerunt Genios, Dæmonas appellatos; alter perniciem, alter commodum, tam perſonarum, quam Facultatum quæreret: juxta Phocylidem, in aureis carminibus, interprete Clemente in ſtromatis.

Ἀλλ' ἄρα δαίμονες εἰσὶν ἐπ' ἀνδράσιν ἄλλοτε ἄλλο
Οὐ ὑμὲν ἰπερχομένυ κακὸν αἰερὸς ἐκλύσασθε.

Plutarchus de animæ tranquillitate, Empedoclem ejusdem fuiſſe ſententiæ, tradidit. In praxi & viridi obſervantia hujus vaniſſimi cultus, Regnum Chyna. Marcus Varro 300. Ioves commemorat. Orpheus 360. Deos primulum confeſſus quos poſtmodum, morti vicinus, rejecit, ac unum eſſe Deum aſſeruit. Propter Virtutes Heroicas, inter Deos, homines retulerunt: ut ex hominibus Dii fierent. Teſtis Plinius, Lactantius, Xenophon, in Cyropedia. Cyrus ipſe, poſt Deos, quosvis Heroas invocavit. Quod & Plato jubet 4. de LL. Porro Græci lapides, Stipites & bruta, pro Diis, coluerunt: fatentibus Herodoto, Diodoro Siculo, & præcipue Pauſania. Nihil hic de Ægyptiis.

Habuit & Pomerania ſua phana & Idola, colens, ad Manichæorum mores BELBVK album & ZERNEBVK nigrum Deum. Vſdomii venerati Borweit quod eſt Martem, Geroweit Mercurium. In Arcona, metropoli Rugianorum, turpe monſtrum, per plurimos annos fuit cultum: ad quod delendum, Imper. Ludovicus 2. cognomento, pius, Anno 1015. de Corbei, miſit monachos, vitæ ſanctimonia & pietatis ſtudio eminentes. Crantzius in ſua Vandalia lib. 5. cap. 11. 12. Ludolph. Rolevincius T. D. in Orat. Pom. Lubens ſilentio prætereo, quid divi Impp. Carolus Magn. Cunradus 1. Heinricus 1. vel Auceps, Otto I. Heinrici filius in propaganda fide Chriſtiana, etiam ad Pomeranos derivanda, ſumma cura moliti. Quid non Bernhardus Erimita, ex Hiſpaniæ & Italiæ tractatibus oriundus, ad abolendum Ethniciſmum anniſus? Quamvis Iulinenſes externa forma Bernhardi, multum offenſi; imprimis quum annunciationem Evangelii cœlicam audirent: intonuere: ſi tu tanti Domini nuncius, ſplendidius veſtitus incederes.

Quæ non pericula ſuſtinuit Otto Epiſcopus Bambergenſis, in extendenda Evangelii doctrina ſalutifera; donec Dei annuente Gratia, & Pavore Ducum accedente, ſedato Iulinenſium fervore ac furore, Gratia cælica annunciari cepit; & legitimus Sacramentorum uſus conceſſus? Poſtmodum Augiæ ſtabulo purgato, feliciter propagata Religio: ad hanc colendam, conſervandam, propalandam, multus impenſis fundamina jacta monaſteriorum, & quidem in iis locis, quibus non defuit terræ fecunditas, ſylvarum, ſtagnorum, piſcinarum copia & venationum proſperitas; conſtitutæ ſcholæ; ordinati inſpectores Canonici &c. A principibus Ratibaro & Wartislao, Anno 1175. Epiſcopatus Camminenſis, in hunc uſque diem ſat celebris, ſtabilitus. Hujus prima ſedes fuit Iulinum; verum Wartislaus 2. Camminum tranſtulit.

Quando-

Digitized by Google

Quandoquidem hæc media extenſionis & propagationis Evangelicæ non ſufficere videantur; communi ſuffragio Terræ procerum & civitatum Nobiliorum, Academia Gryphica, Gubernatore Wartislao IX.º filio Barmini VI. fundata: ne in defectu clarorum Virorum Academiæ exteræ ſollicitarentur. Promotor hujus laudati operis non poſtremus Heinricus Rubenovius LL. D. ante Erici I. Princip. Pom. Regis Daniæ, Sveciæ, Norwegiæ &c. Cancellarius: poſtea hujus Acad. Rector Mag. & conſul oppidanus : qui non ſolummodo a Papa Romano & Cæſare, privilegia impetravit; ſed & de ſuis theſauris didactron profeſſ. dandum, contribuit. Ipſa fundamina, in quibus collegia moderna enitent, dirutis horreis, ad ſtructuras, pio legato deſtinavit. Mundana gratia huic præclaro Viro, relata: qui ex infernalis Nimrodi incitamento, a peſſimo nebulone, gehennæ mancipio Clauß Heurman, nomine omen indigitante, peremptus: quod poſtea novelli conſules Gryphiswaldenſes, Nicolaus ab Oſten, Theodorus Lange, ſeditionis & homicidii autores convicti & declarati, interitu abominabili conteſtabantur. Quantum fidelitatis hæcce optime conſtituta Acad. ſuis altoribus, toti Terræ Pom. & vicinis maritimis Regnis præſtitit, ipſa dies loquitur. Habentur adhuc grates ter maximæ, viris eximiis B. M. Matthiæ a Wedlen, Heinrico Bukowen, Georgio Waltern, Iohanni Slupwechtern, Ioachimo Perlebergen, Profeſſoribus, qui in tueudis Pom. finibus, privilegiis & refellendis nodis Marchionis Friderici 2. maximam declararunt fidelitatem ac induſtriam. Inter alios Religioſos Principp. Philippus 1. Iuſtus & pius, Academiam Gryphonum lapſantem erexit & eximiis ſtipendiis auxit; illuſtre Pædagogium Stetinenſe, An. 1543. conſentiente & iuvante Barnimo patruo ampliſſimis reditibus & ſtipendiis dotatum, fundamine ſtabiliri curarunt; Agenda, de ritibus Eccleſiaſticis per D. & profeſſorem Witebergicum, Iohannem Buggenhagium publici juris fieri ſuaque Autoritate inſigniri, permiſerunt. Ex hiſce duabus Balthicis Sareptis, iuvenes & viri, tanquam ex equo Trojano prodeunt, qui poſtmodum patriæ & alibi locorum, in Regnis potentiſſimis, Ungaria, Bohemia, Svetia, Dania, Norwegia, Livonia, Boruſſia, Schleſia & provinciis Germaniæ, hinc ad ſuos dimiſſi, maximo commodo eſſe poſſunt. Tot exercitiorum, paleſtrarum literariarum, promotionum, utiliſſimorum librorum, in quavis Facultate, publicationem, propalare; non hujus inſtituti. Noſtrum athenæum Gryphicum, ratione indultorum privilegiorum, tametſi nulli fere Academiarum cedit: nihilominus Cæſarea Majeſtas, ex antiquo defectu quorundam, Viros Excellentiſſimos & ſpectabiles, variis Ingenii Donis, alios quam plurimos præominentes, Comites palatii Cæſ. & Lateranenſis, Equites Auratos, Cives Rom. maxima deliberatione

ratione

Digitized by Google

